[Johannes Dei gracia Rex, etc. Sciatis nos concessisse et presenti carta nostra confirmasse burgensibus nostris de Gippeswico burgum nostrum de Gippeswico cum omnibus pertinentiis suis et libertatibus omnibus et liberis consuetudinibus suis, tenendum de nobis et heredibus nostris, illis et heredibus suis hereditarie, reddendo per annum rectam et solitam firmam ad terminum Sancti Michaelis per manum Gippeswici prepositi ad scaccarium nostrum, et c. sol. sterlingorum numero de incremento ad eundem terminum, quos reddere solebant. Concessimus eciam quod omnes burgenses de Gippeswico sint quieti de theloneo et stallagio, lastagio, passagio, pontagio et omnibus aliis consuetudinibus per totam terram nostram et per portus maris. Concessimus eis quod nullus eorum placitet extra burgum Gippeswici de ullo placito preter placita de tenuris exterioribus, exceptis ministris nostris; et quod habeant gildam mercatoriam et hansam suam; et quod nullus hospitetur nec quicquam per vim capiat infra burgum de Gippeswico; et quod terras suas et vadia sua et omnia debita sua juste habeant, quicumque eis ea debeant; et quod de terris et tenuris suis que infra burgum sunt, rectum eis teneatur secundum consuetudinem burgi Gippeswici et liberorum burgorum nostrorum; et de debitis suis que acomodata fuerint apud Gippeswicum et de vadiis ibidem factis placita apud Gippeswicum teneantur; et quod nullus eorum de misericordia pecunie judicetur nisi secundum legem liberorum burgorum nostrorum. Prohibemus eciam quod nemo in tota terra nostra theloneum, nec stallagium, nec aliquam aliam consuetudinem ab hominibus Gippeswici capiat super forisfacturam nostram x. librarum. Quare volumus et firmiter precipimus quod predicti burgenses omnes predictas libertates et liberas consuetudines habeant et teneant bene et in pace, sicut eas meliores et liberiores habuerunt vel habent ceteri burgenses liberorum burgorum nostrorum Anglie, salvis in omnibus civibus nostris London' libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Preterea volumus et concedimus quod iidem burgenses nostri per commune consilium villate sue eligant duos de legalioribus

IPSWICH. et discretioribus hominibus ville sue, et presentent eos capitali justicie nostre ad scaccarium nostrum, qui bene et fideliter custodiant preposituram predicti burgi de Gippeswico; et non amoveantur, quamdiu se in baillia illa bene gesserint, nisi per commune consilium predictorum burgensium. Volumus eciam quod in eodem burgo per commune consilium predictorum burgensium eligantur IIII. de legalioribus et discretioribus hominibus de burgo ad custodiendum placita corone et alia que ad nos et ad coronam nostram pertinent in eodem burgo, et ad videndum quod prepositi illius burgi juste tractent tam pauperes quam diuites. Hiis testibus, etc. Datum per manus G. Wellensis archidiaconi, etc., xxv. die Maii anno regni nostri primo¹.]

[Capitulum Secundum.]

fol. 77.

Hoc est transcriptum Rotuli facti in Gyppeswico Anno Regni Regis Johannis secundo super Statu et ordinacione eiusdem ville, prout continetur in dicto Rotulo, qui est in communi Cista ville memorate, Et qui sic incipit.

In Rotulo de modo et forma pro Balliuis et Coronatoribus in Gippeswico eligendis secundum formam Carte domini Regis Johannis, videlicet:—Die Jouis proxima post festum Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste anno Regni Regis Johannis secundo congregata est tota villata Burgi Gippeswici in Cimiterio Beate Marie ad Turrim ad eligendum duos Balliuos et quatuor Coronatores in eodem Burgo secundum formam carte predicte domini Regis, quam idem Rex Burgensibus Burgi predicti iam de novo concessit; quo die iidem Burgenses de communi assensu et vna voce elegerunt duos probos et legales homines villate sue, videlicet, Johannem filium Normanni et Willielmum de Belines, qui iurati sunt ad custodiendum preposituram predicti Burgi, Et quod bene et fideliter tractabunt tam pauperes quam diuites.

[Capitulum Tercium.]

Item elegerunt eodem die vna voce quatuor Coronatores, videlicet, Johannem filium Normanni, Will. de Belines, Philippum

¹ In Rot. Chartarum, p. 65, this charter is dated 'xxv die Maii anno regni nostri secundo.'

de Porta et Rogerum Lew, qui iurati sunt ad custodienda placita *IPSWICH.*
 Corone et ad alia facienda, que ad Coronam pertinent in eodem
 Burgo, et ad superuidendum quod predicti Balliui juste et legitime fol. 77 b.
 tractent tam pauperes quam diuites.

[Capitulum Quartum.]

Item eodem die ordinatum est per commune consilium dicte
 villate quod de cetero sint in Burgo predicto duodecim Capitales
 Portmenni iurati, sicut in aliis liberis Burgis Anglie sunt, et quod
 habeant plenam potestatem pro se et tota villata ad gubernandum
 et manutenendum predictum Burgum et omnes libertates eiusdem
 Burgi, et ad iudicia ville reddenda, Ac etiam ad omnia [custo-
 dienda], ordinanda et facienda in eodem Burgo, que fieri debeant
 pro statu et honore ville memorate. Et super hoc dictum est
 per Balliuos et Coronatores predictos quod tota villata veniat in
 Cymiterio predicto, die dominica proxima post festum apostolorum
 Petri et Pauli proximo futurum, ad eligendum predictos XII.
 Capitales Portmennos secundum formam eiusdem ordinacionis.

[Capitulum Quintum.]

Die Dominica proxima post festum Apostolorum Petri et Pauli
 Anno supradicto congregata est tota villata de Gippeswico coram
 Ballivis et Coronatoribus eiusdem ville ad eligendum XII. Capitales
 Portmannos in eadem villa, prout prius ordinatum est. Et predicti
 Balliui et Coronatores per assensum villate eligunt quatuor probos
 et legales homines de qualibet parochia dicte ville, qui iurati sunt
 ad eligendum XII. Capitales Portmannos de melioribus, discre-
 cioribus ac potencioribus ville predicte ad ordinandum pro statu
 ville, ut predictum est. Et predicti iurati de parochiis veniunt fol. 78.
 et eligunt pro se et tota villata hec XII. nomina subscripta, vide-
 licet, Johannem filium Normanni, Will. de Belines, Philippum
 de Porta, Rogerum Lew, Petrum Euerard, Will. Goscalk, Ami-
 sium Bolle, Johannem de Sancto Georgio, Johannem le Mayster,
 Sayerum filium Thurstani, Robertum Parys et Andream Peper.
 Qui iurati sunt coram tota villata predicta quod bene et fideliter
 custodient et gubernabunt Burgum Gippeswici, et ad manutenen-
 dum secundum eorum posse omnes libertates, que iam de nouo

IPSWICH. Burgensibus eiusdem Burgi per cartam predicti domini Regis concessa sunt, et eciam ad omnes alias libertates et liberas consuetudines ville predictae [*manutenendas*], et ad iudicia curiarum eiusdem ville iuste reddenda, non habentibus respectum [*ad*] alicuius personam, Et insuper ad omnia alia ordinanda et facienda que pro statu et honore ville predictae fieri contingent, Et ad iuste et legitime tractandum tam pauperes quam diuites.

[Capitulum vi^m.]

Eodem die quum cito predicti XII. Capitales Portmenni fuerant iurati in forma predicta, fecerunt totam villatam predictam leuare manus ultra librum et in vna voce solempniter iurare quod ab illa hora in antea erunt obedientes, intendentes, consulantes et auxiliantes Balliuis, Coronatoribus suis ac omnibus et singulis predictis XII. Capitalibus Portmannis cum corporibus et catallis eorum ad predictam villam Gyppeswici et nouam cartam predic-
fol. 78 b. tam ac honorem et omnes libertates et liberas consuetudines eiusdem ville conseruandas et manutenendas in omnibus locis versus quoscumque, excepto tamen versus dominum Regem et Regiam potestatem, secundum eorum posse, prout iuste et racionabiliter facere debeant.

[Capitulum vii^m.]

Eodem die concordatum est quod predicta noua carta domini Regis tradatur duobus probis et legalibus hominibus eiusdem ville ad salvo custodiendum, videlicet, Johanni filio Normanni et Philippo de Porta, qui iurati sunt ad dictam cartam fideliter custodiendam et ad illam predictae villate liberare, cum necesse fuerit et ad hoc facere muniti fuerint et ex parte villate requisiti.

Et quia plura pro statu et honore ville sunt [*ordinanda*]¹ et facienda que congrue ad hunc diem non possunt fieri, concordatum est quod Balliui, Coronatores et omnes capitales portmenni predicti veniant et simul sint hic die Jouis proxima post festum Translacionis beati Thome Martiris proximo futurum ad ordinandum et faciendum ea que contigerint ordinari et fieri pro statu et honore ville memorate.

¹ Little Domesday has 'ordinata.'

[Capitulum viii^m.]

IPSWICH.

Die Jouis proxima post festum Translacionis sancti Thome Martiris Anno supradicto congregati sunt Balliui et Coronatores ac ceteri Capitales portmenni ad tractandum et ordinandum de statu ville Gyppeswyci.

In primo ordinant quod omnes custume predicti Burgi de fol. 79. cetero colligantur per manus Balliuorum et quatuor proborum et legalium hominum eiusdem Burgi. Et quod ipsi de anno in annum soluant [ad] Scaccarium domini Regis pro predicta villata rectam et solitam firmam.

[Capitulum ix^m.]

Item ordinant quod in dicto Burgo sint duo bedelli iurati ad faciendum attachiamenta, districciones et omnia precepta Balliuorum, Coronatorum et Capitalium portmennorum que pertinent ad faciendum in eodem burgo. Et quod vnus de eisdem Bedellis sit custos omnium prisonum qui per Balliuos Burgi attachiabuntur. Et quod ille custos inueniat securitatem ad saluo custodiendum omnes prisonos suos, etc.

[Capitulum x^m.]

Item ordinant quod per Commune consilium villate fiat in dicto Burgo vnum Commune sigillum ad seruiendum in grossis negociis tangentibus communitatem dicti Burgi, et eciam ad litteras inde consignandas de veritate testificandas pro omnibus et singulis Burgensibus eiusdem Burgi, et ad omnia alia facienda que fieri debeant ad communem honorem et vtilitatem ville predicte. Et quod illud Commune sigillum custodiatur per tres vel quatuor probos et legales homines de predicto Burgo ad hoc iuratos coram Communitate eiusdem Burgi.

[Capitulum xi^m.]

Item ordinant quod in dicto Burgo per commune consilium villate sue eligatur vnus probus et legalis et idoneus homo, vt sit Aldermannus Gilde Mercatorie in eodem Burgo. Et quod quatuor probi et legales homines eiusdem Burgi associantur ei. Et quod Aldermannus et ipsi quatuor iurentur quod bene et fide-

IPSWICH. liter manutenebunt predictam Gildam et omnia que ad Gildam pertinent.

[Capitulum XII^m.]

Item ordinant quod predicta noua carta mandetur in pleno comitatu Suff' et vsque Norwycum in pleno comitatu Norff'. Et quod eadem carta in eisdem comitatibus manifeste legatur, vt libertates in dicta carta contente palam cognoscantur et pupplacentur in singulis locis vtriusque comitatus.

[Capitulum XIII^m.]

Item ordinatum est quod nullus Burgensis predicte ville sit quietus de custuma in eadem villa de merchandisis suis, videlicet, si sit mercator, nisi sit lottans et scottans in communibus auxiliis et negociis ville.

[Capitulum XIII^m.]

Die dominica proxima post festum Natiuitatis Marie Virginis anno supradicto congregata est Communitas ville Gippeswici coram Balliuis et Coronatoribus et ceteris capitalibus portmennis eiusdem ville ad audiendum omnes ordinationes predictas, que coram populo ville lecte sunt in Cimiterio beate Marie ad Turrim. Et ad quas ordinationes predictas, cum lecte fuerint ibidem, tota predicta Communitas vna voce consentit. Et postea elegerunt

fol. 8o. Balliuos suos, qui comorabuntur pro proximo anno futuro, videlicet, Johannem filium Normanni et Willielmum de Balines. Eodem die eligunt quatuor homines ad colligendum custumas ville simul cum predictis Balliuis, videlicet, Petrum peper, Normanum Halynoth, Clementem le Palmere et Lemannum de Ponte.

Item eodem die eligunt duos Bedellos, videlicet, Johannem Prikehert et Johannem Haue, qui iurati sunt quod bene et fideliter facient attachiamenta, districciones et omnia precepta Balliuorum, Coronatorum et Portmennorum, et omnia que ad officium eorum pertinent. Et predictus Johannes Prikehert electus est ad prisiones ville custodiendos, et inuenit securitatem ad respondendum euasionibus prisonum si euenerint, quod absit, videlicet, Edmundum de Marisco, Petrum Pepir, Johannem Haue et Thomam de Hornere.

Et quia plura non possunt expediri ad hunc diem, concordatum *IPSWICH.*
 est quod Ballivi et tota Communitas sint hic die iouis proxima
 post festum Sancte fidis proximo futurum pro Aldermanno eligendo
 et ad alia facienda que modo fieri non possunt. Et dictum est
 Ballivis quod interim facient construere vnum commune sigillum,
 secundum quod supra ordinatum est.

[Capitulum xv^m.]

Die Jouis proxima post festum sancte fidis Anno supradicto
 Ballivi, Coronatores et ceteri Capitales portmenni ac tota Com- fol. 80 b.
 munitas adunati sunt in ecclesia beate Marie ad Turrim. Et
 Ballivi ostendunt ibi commune sigillum ville quod de nouo con-
 structum est. Et tunc electi sunt tres de legalioribus et potenci-
 oribus de dicto Burgo ad [custodiendum]¹ illud sigillum, videlicet,
 Johannem filium Normanni, Willielmum de Belines et Philippum
 de Porta, qui iurati sunt coram communitate quod bene et fide-
 liter custodient predictum sigillum, et quod nullam litteram nec
 aliquod instrumentum cum eodem sigillo consignabunt, nisi fuerint
 pro communi honore et pro vtilitate villé seu Burgensium ville, et
 hoc per assensum parium suorum. Et insuper concordatum est
 quod communis carta ville remaneat in custodia eorundem.

[Capitulum xvi^m.]

Eodem die electus est per commune consilium villate vnus
 Aldermannus, videlicet, Willielmus Gosschalk. Et quatuor eli-
 guntur qui associantur ei, videlicet, Petrus Euerard, Johannes le
 Mayster, Rogerus Lew et Johannes de Sancto Georgio, qui iurati
 sunt simul cum Aldermanno quod bene et fideliter gubernabunt
 Gildam mercatoriam in Burgo Gippeswici et omnes articulos ad
 Gildam pertinentes. Et quod bene et legitime tractabunt omnes
 fratres Gilde. Et postea dictum est per Aldermannum et quatuor
 socios suos in presencia populi ville quod omnes qui sunt de
 libertate ville veniant coram Aldermanno et sociis suis ad certum
 diem, quando et vbi eis scire facient, ad ponendum se in Gilda et
 ad hansam suam eidem Gilde dandam.

¹ Thus in Great Domesday, but Little Domesday has 'ad custodes.'

IPSWICH.

[Capitulum xvii^m.]

fol. 81. [Eodem die predicti Balliui, Coronatores et ceteri Portmanni ac tota Communitas insimul loquebantur qualiter et quo modo melius facere poterint ad manutenendum predictam Gildam mercatoriam ac¹ omnia que ad Gildam pertinent. Qui quidem Balliui, Coronatores et ceteri Portmanni et tota Communitas vna voce consenserunt et ordinauerunt quod ipsemet Aldermannus qui iam electus est et omnes Aldermanni qui imposterum eligi debent de cetero habeant et occupant ad proficuum Gilde predictæ Empcionem et Vendicionem omnium Mercandizarum subscriptarum, videlicet, Mylstonys, rubstonys, Dogstonys, quernstonys, Gryndstonys, rubstonys, Grauestones, Morters of Marbill et Pavyngstonys of marbyll. Et quod ille Aldermannus per Sacramentum suum de Anno in Anno reddere debet rectum et iustum Computum coram Balliuis et Coronatoribus ville predictæ de omni proficuo et incremento que ipse in hoc anno preterito lucravit et acquisiuit racione empconis et vendicionis omnium Mercandizarum suprascriptarum. Et vltra hoc vnanimi assensu et consensu consenserunt quod de cetero nulli Inhabitantes ville predictæ nec aliqua alia persona, Indigena siue alienigena, infra villam predictam aut infra libertates et precincta eiusdem habeant nec occupare debent Empcionem aut Vendicionem Mercandizarum predictarum, nisi solus aldermannus Gilde predictæ ad vsum et proficuum eiusdem gilde. Et hoc sub pena forisfacture omnium dictarum mercandizarum sic emptarum vel venditarum.]

[Capitulum xviii^m.]

fol. 81 a. Eodem die concessum est per totam Communitatem ad rogatum predictorum xii. capitalium portmennorum quod ipsi pro eorum labore, quem facient pro eadem Communitate, habeant pratum de Odenholm ad sustentacionem equorum suorum.

[Capitulum xix^m.]

Item ordinatum est et concordatum per totam Communitatem quod leges et libere consuetudines ville predictæ ponantur in

¹ MS. 'ad.'

quodam rotulo, qui vocabitur *le Domesday*. Et quod ille Rotulus *IPSWICH*.
 semper commorabitur in custodia Balliuorum eiusdem ville, qui
 erunt pro tempore, vt possint scire et cognoscere modum qualiter
 agere debent in suo officio. Et quod omnia statuta gilde merca-
 torie ponantur in quodam alio rotulo, prout utuntur alibi in Ciui-
 tatibus et Burgis vbi gilda mercatoria est. Et quod Aldermannus
 semper habeat illum rotulum penes se, vt sciat qualiter operare in
 suo officio.

This is followed by an inquisition, evidently made the same fol. 81 (a).
 year (2 John), to ascertain how and in what manner certain re-
 ligious persons having lands and tenements in the neighbourhood
 of Ipswich ought to be free and quit of toll in the same town.
 The jury state that the Archbishop and Prior of Canterbury, the
 Bishop and Prior of Norwich, the Bishop and Prior of Ely, the
 Abbot of Colchester, the Abbot of Coggeshale, etc., etc. with
 their men and villains are quit of custom, but only on things grow-
 ing on their own lands and things bought for their own use, 'sed
 nativi qui sunt mercatores semper dederunt costumam suam ad
 firmam domini Regis.' The inquest ends thus:—'de aliis re- fol. 81 (b).
 ligiosis in patria dicunt quod qualiter seu quo modo sunt quieti
 de custuma uel quieti esse debent, ignorant. Immo credunt
 quod debent esse quieti de suis propriis bonis crescentibus et
 exeuntibus de suis propriis terris, pertinentibus ad ecclesias suas
 et quas tenent in puram et perpetuam elemosinam.'

In the same year the Prior of the Holy Trinity in Ipswich fol. 81 (a) b.
 became a burghess ('deuenit Burgensis') and gave to the com-
 monalty 20s., in aid of the expenses incurred in obtaining the
 new charter, and to the hanse of the Gild one quarter of wheat
 and a boar,—'et dat ad hansam gilde ville vnum quarterium
 frumenti et vnum aprem.' The Prior of St. Peter in Ipswich
 also became a burghess, giving to the commonalty one mark and
 to the Gild one coomb of wheat and two wethers,—'et dat ad
 gildam ville vnam cumbram frumenti et duos multones;' and
 he promised to be in lot and scot as an 'intrinsic' burgher,—
 'lottans et scottans ut Burgensis intrinsecus.'

IPSWICH. There are many entries of 'foreign' burgesses made during the reigns of John, Henry III and Edward I. Many lords and knights were among the 'forinseci' thus admitted,—Lord Roger de Bigod, Lord Hugh de Peche of Belinges, Lord Geoffrey de Burneulle, Lord Reginald de Panely, Lord Hugh de Rous, Lord Roger de Montalt, Lord Gilbert Peche, etc. The following will illustrate the nature of these entries :—

fol. 82. 'Hec sunt nomina forinsecorum. burgensium qui facti sunt in Gippeswico pro quodam certo dando annuatim ad firmam domini Regisville predictae.... Dominus Rogerus le Bygod, Comes Norfolcie et Marescallus Anglie, in aula prioris Sancti Petri de Gippeswico deuenit Burgensis eiusdem ville. Et dat ad gildam mercatoriam vnum bouem et vnum taurum, duo quarteria frumenti et duo quarteria brasii pro eo quod ipse et omnes natiui sui decetero sint quieti de Theloneo in villa predicta, videlicet, de omnibus bladis et aliis rebus suis crescentibus et renouantibus in suis propriis terris et dominicis tantum, et de omnibus rebus emptis pro suis propriis estouis, et aliter non. Et eciam soluet annuatim imperpetuum ad festum Sancti Michaelis IIII. d. pro cayo suo in Gippeswico ad firmam ville predictae, set tamen si natiui sui fuerint mercatores, soluant ad firmam domini Regis rectam et debitam custumam suam, et maxime de mercandis suis. Et quia idem Comes erat auxilians ad cartam domini Regis de libertatibus ville impetrandam, concessit et in fide promisit ad manutenendum honorem ville Gippeswici et libertates in dicta noua carta contentas. Et predictus Comes habet transcriptum huius irrotulamenti penes se sub communi sigillo ville.

Eodem die dominus Robertus de Vaus, miles predicti comitis, factus fuit burgensis et dat ad hansam gilde vnum quarterium frumenti. Et vt ipse et omnes natiui sui, quos habet in Wenham et alibi, sint quieti in Gippeswyco de omni theloneo, modo et forma supradictis, concessit dare singulis annis in festo Sancti Michaelis ad firmam predictae ville IIII. s. et II. busselos frumenti¹.

William the Prior of Holy Trinity of Ipswich was sworn in full court (39-40 Henry III),—'et concessit dare communitati

¹ The date is 2 John. Cf. Rep. MSS. Com. 1883, p. 240.

ad expensas pro noua carta predicti domini Regis iam de nouo *IPSWICH.*
impetrata vnam marcā, et ad conuiuium gilde vnam cumbram
frumenti et vnum quarterium braserii, et erit lottans et scottans
vt burgensis intrinsecus¹’

‘Dominus Johannes de Bello Monte et Alicia vxor eius facti fol. 91.
sunt Burgenses in anno xxvi [Edw. I]. Et dant ad gildam ville
duo quarteria frumenti. Et concedunt dare quolibet anno ad
eandem gildam pro se et villanis suis vnum comblum frumenti.’

‘Quia heredes plurimorum forinsecorum burgensium contra- fol. 88.
dicunt soluere et facere auxilium ad firmam ville Gippeswici,
prout antecessores sui facere consueverunt, pro libertate habenda
in eadem villa, vt iidem antecessores sui habere solebant,—Die
Jouis in festo Sancti Luce euangeliste anno regni Regis Edwardi
filii regis Henrici secundo, tempore Viuiani filii Siluestri et *A.D. 1274.*
Johannis Lorenz, tunc Balliuorum predicte ville Gippeswici, de
communi assensu eiusdem villate ordinatum et concordatum
quod nullus forinsecus Burgensis de cetero fiat in eadem villa,
nisi ad terminum vite sue tantum. Et hoc, pro quodam certo
dando annuatim ad firmam ville predicte ad festum Sancti
Michaelis, vel vt sit lottans et scottans secundum suum statum
ad communia talliagia ville. Et illi qui sunt lottantes, etc.
erunt quieti de Theloneo in dicta villa tam de merchandisis suis
quam de aliis bonis suis. Et hii qui non sunt lottantes erunt
quieti de bladis et aliis rebus suis crescentibus et renouantibus
in suis propriis terris et eciam de omnibus rebus emptis ad suos
proprios vsus tantum².’

‘Liber Quartus’ of the Great Domesday Book of Ipswich
contains ‘The Constitucion for Corpus Christi Procession and
for the Maundy’:—‘Ad laudem et honorem Summe et In- *A.D. 1325.*
diuidue Trinitatis, Patris et filii et Spiritus Sancti, beatissime

¹ Cf. Rep. MSS. Com. 1883, p. 225.

² Ibid., 241.—Throughout the fifteenth century the burgesses admitted by the
‘general court’ of Ipswich were almost always distinguished as ‘burgenses
intrinseci’ and ‘burgenses extrinseci’ (or ‘forinseci’), though there were com-
paratively few of the latter,—Addit. MS., Mus. Brit., 30158, ff. 7, 8, 12 b, 13, 24,
31 b, 35, etc.

IPSWICH. et gloriosissime virginis Marie necnon et Omnium Sanctorum maxime et excellentissime ob reuerenciam et commemoracionem specialem Institutionis Sacramenti venerabilis corporis et sanguinis domini nostri Jesu Christi, qui pridie quam pateretur de hoc mundo transiturus ad patrem, cum tempus sue mortis instaret, cenantibus discipulis cunctisque fidelibus in memoriam sue passionis hoc summum Sacramentum Corporis Sui et Sanguinis instituit et reliquit,—Nos priores ecclesie Sancte Trinitatis et ecclesie Sancti Petri in Gippewico, et omnes sacerdotes parochiales ville predictae ex communi nostro assensu et consensu, die Mercurii in festo Apostolorum Philippi et Jacobi in ecclesia Sancte Margarete in villa predicta anno Domini m^o. ccc. vicesimo quinto, confraternitatem quandam inter nos et laicos quoscunque ad nos accedentes vel accessuros de eorum laicorum concessu pro nobis et confraternitate nostra noncupata *guilda mercatorum*, alias vocata *guilda Corporis Christi*, ordinauimus firmiter per presentes perpetuis temporibus deo dante duraturam, volentes et concedentes cum consensu confratrum nostrorum laicorum predictae guildae quod [a description of the procession is here given; also regulations concerning the burial of brethren.] Item pro nobis et dicta confraternitate nostra cum dictorum laicorum consensu volumus et concedimus quod hec nostra confraternitas semper sit sub regimine duorum laicorum noncupatorum Aldermannorum guildae predictae. Volumus etiam pro nobis et confraternitate nostra quod Tabernaculum nostrum sit in gubernacione dictorum aldermannorum, et in loco honesto et sacro conseruetur, videlicet, in Ecclesia Sancte Marie ad Turrim, operariorum nostrorum omnium eisdem, si qui fuerint, curam penitus committendo; cera nostra et pecunia nostra, si qua fuerit, etiam sit in custodia dictorum aldermannorum; Et illos aldermannos per sacramentum suum de anno in annum reddere debitum rectum et justum computum coram balliuis et portmannis ville predictae et omnia que ad predictam guildam et confraternitatem pertinent¹.

The Court Book of Ipswich (3 Hen. V—2 Rich. III), deposited

¹ Cf. Rep. MSS. Com. 1883, p. 245.

in the British Museum, contains an occasional reference to the *IPSWICH*.
Guild :—

‘Curia generalis tenta ibidem die lune in festo Sancti Marce Euangeliste anno predicto [24 Hen. VI] Ad eandem **A.D. 1446.** Curiam per Balliuos, portmannos et totam villatam ville Gippewici electus est Johannes Caldewell in Aldermannum Gilde mercatorie Corporis Christi, et Johannes Geet et Willielmus Rydon erunt sibi associantes.

Et ad eandem Curiam ordinatum est per predictos Balliuos, Portmannos et villatam quod ab hoc die infuturum nullus homo, cuiuscumque condicionis sit, decetero infra villam Gippewici et precinctum eiusdem emet nec mercandizabit aliquas lapides molates, videlicet, millestones, quernstones, gryndstones, pathyngstones ac alios lapides quoscumque, nisi Aldermannus Gilde Corporis Christi ville Gippewici, qui pro tempore erit.’

‘Curia generalis ibidem tenta die Jouis proxima post festum Sancti Gregorii pape anno regni regis Edward IIII^{ti} XXII^o **A.D. 1482.** Et ad eandem Curiam ordinatum est per Balliuos, Portmannos et *Ordinacio.* totam Communitatem quod quilibet Burgensis fforinsecus et extraneus soluet annuatim ad Sustentacionem Gilde Corporis Christi *xvi.d.* ad quatuor anni terminos per equales porciones, sub pena Amissionis Burgensie sue imperpetuum.’—(*Addit. MS., Mus. Brit., 30158, ff. 9b, 38b.*)

The following are the ordinances of the Gild Merchant in its later form (probably *temp.* Henry VII¹):—‘Cum inter alias ordinaciones et constituciones infra oppidum Gippewici a tempore quo non extat memoria consuetum fuerat ibidem habere guilde presbiterum ad orandum et celebrandum tam pro prospero et bono statu omni omnium Confratrum et sororum guilde mercimonalis, alias vocate *Guilde Corporis Christi*, quam pro animabus omnium confratrum et sororum guilde predicte vniverse carnis viam ingressorum, Cui presbitero haud ignoratur annuatim per predicte confraternitatis aut guilde Aldermannos nouem marcas legalis monete Anglie pro salario et stipendio suo fideliter fuisse solutos ;—Preterea provisum fuit vt prefate confraternitatis

¹ Wodderspoon, Memorials, 164.

IPSWICH. aut gilde confratres et sorores annuatim luctuosis et lugubribus indumentis ad Ecclesiam Marie Turris conveniant et occurrant die Sabbati proxime et immediate domini corporis festum sequente hora prima post meridiem, quo in loco pro animabus omnium confratrum et sororum prenominate confraternitatis officia funeralia siue exequias ecclesiastico more audituri sunt; —Insuper statuitur proximo die dominico sequente festum domini corporis quod omnes confratres et sorores eiusdem gilde eò modo quo prius dictum est, hoc est, vestibus mestuosis iterum conveniant circiter horam nouenam ante meridiem ad audiendam missam pro animabus omnium confratrum et sororum vniuerse carnis viam ingressorum, quo facto solitum fuit unumquemque sese conferre ad capitolium, vulgariè noncupatum *le Gilde Hall*, predictæ ville familiariter epulatum ac corpora sua talibus cibariis et lauticiis refocillanda que per prefatos Aldermannos et gubernatores eiusdem gilde apparantur; posthac statutum constat vnumquemque confratrum pro se et vxore sua soluere debere *xvi. d.* pro prandio suo ad comodum et sustentacionem eiusdem gilde. Sed quia ista consuetudo rationi consona plerumque ad predictorum confraternitatis aut gilde aldermannorum et gubernatorum ejusdem infamiam et detrimentum cessauit et obolevit, Pro Reformatione ejusdem ad laudem et honorem Summe et Individue Trinitatis, patris et filii et spiritus sancti ac beatissime et gloriosissime Virginis Marie necnon et omnium Sanctorum et Sanctarum, ordinatum et decretum est per balliuos, portmannos, coronatores et per commune consilium ville Gippe-wici vnanimi assensu et consensu quod decetero erit quidem idoneus Gilde presbiter ad orandum et celebrandum pro confratribus et sororibus dicte confraternitatis, sicut in antiquo tempore vsitatum et consuetum fuit. Et quod idem presbiter habeat pro stipendio et salario suo nouem marcas legalis monete Anglie juste et fideliter solutas per aldermannos aut gubernatores dicte gilde. Insuper ordinamus quod omnes ad vnum Confratres memorate gilde annuatim congregentur et conveniant tempore et loco supradictis, videlicet, ad ecclesiam beate Marie Turris ad audiendam missam ac funeralia officia pro animabus confratrum

et sororum ab hac luce decessis, et quod vnusquisque confratrum *IPSWICH.*
 pro se et vxore sua deponat denarium post offertorium ejusdem
 misse ibidem celebrate per dictum guilde presbiterum. Que
 quidem oblacio erit bipartita inter predictum Guilde presbiterum
 et presbiterum parochialem Sancte Marie Turris. Preterea vo-
 lumus et ordinamus quod unusquisque confratrum Guilde pre-
 dicte presens existat ad predicta funeralia audienda et ad ob-
 lacionem deponendam, sub pena vnus. libre cere. Quo facto et
 finito eat unusquisque confratrum et sororum ad capitolum, vul-
 gariter noncupatum *le Guylde Halle* predicte ville, familiariter
 epulatum, sicut in antiquo tempore consuetum. Et quod vnus-
 quisque confratrum soluat pro se et vxore sua *xvi. d.* pro prandio
 suo ad comodum et sustentacionem eiusdem guilde. Et si
 aliquis burgensis intrinsecus siue extrinsecus denegat soluere
 annuatim *le predictos xvi. d.* ad opus predictum, quod ipse erit
 abjuratus burgensie sue imperpetuum. Et si aliquis ducit secum
 ad prandium plusquam uxorem, soluat pro qualibet persona *iiii. d.*
 —Eciam ordinatum et decretum est quod dictus capellanus Cor-
 poris Christi vocatus *le Guilde Preste* celebret vnum Trigintale
 in qualibet ecclesia parochiali istius ville vbi corpus cujuscunque
 confratris siue sororis forte contigerit sepeliri, vel vbi ipse vel illa in
 vita sua morabatur, per assignacionem aldermannorum et guber-
 natorum, qui nunc sunt vel qui pro tempore erunt¹.

The following details concerning the later history of this Gild
 are taken from Wodderspoon's Memorials of Ipswich (pp. 168-
 179)².

5 Henry VII.—John Squier was made farmer of the profits of
 stones with Jeffry Osborne and James Hill for the benefit of
 Corpus Christi.

12 Henry VII.—It was made known that every Burgess

¹ Rep. MSS. Com. 1883, pp. 244-245.

² See also Notices of the Corpus Christi Guild, Ipswich, by W. S. Fitch,—
 Suffolk Institute of Archaeology and Nat. Hist., Proc., ii. 151-163; and Bacon,
 Annals of Ipsw., 144-147, 170, 188-195, 353, 357, 399, 422, 493 *et passim*.

IPSWICH. defaulting in his duties to the Guild should be summoned by the Wardens of the next Court to show cause why he should not forfeit his freedom. If he came not to the Court, he was reputed as 'foreign,' that is, no Burgess or member of the Guild.

16 Eliz.—Ordered by the Great Court of Ipswich 'that in respect of the grete skarsitie and derthe of all victualle in this realm at this present, the feast of the Guylde Merchant usually kepte in this towne shall be kepte by the Aldermen of the Guilde in such order and forme as it hath ben used to be kepte. And that the said Aldermen shall have allowed to them out of the town treasury such some of moneye as shalbe agreed upon at the next Court after the saide feaste made.'

18 Eliz.—The occupations, or trades of Ipswich were newly drawn up into four Companies: I. The Mercers, including all 'maryners, shipwryghts, bokebynders, prynters, fyshemongers, swordsetters, coks [i.e. cooks], fletchers, arrowhed-makers, phisicians, hatters, cappers, mercers, merchaunts' and several others; II. The Drapers, including all 'joyners, taylors, carpenters, innholders, ffremasons, bryckelayers, tylers, carryers, casket-makers, surgeons, clothyers' and five others; III. The Taylors, including 'cutlers, smyth, barbers, chandlers, pewterers, mynstrells, pedlers, plumbers, pynners, millers, millwrights, cowpers, shermen, glasiars, turners, tynkers, taylors' and two others; IV. The Shoemakers, including the 'curryers, coler-makers, sadlers, poynters, coblers, skynners, tanners, butchers, carters and laborours.' It was ordered that each company should have an Alderman and two Wardens. All foreigners coming to the town should upon becoming members of the Guilds be distributed among the afore-said Companies at the discretion of the Bailiffs.

3 James I.—The Great Court agreed that 'Roger Wallis hath openlie confessed that he hath offended the towne, in contemninge the auntient orders and usages of this towne, by not holdinge and keepinge of the Guild Merchant of this towne, being elected thereunto; and thereupon hath nowe made requeste to this courte to be a free Burgess of this towne and to be discharged from keepinge of the Guild Merchant, for a reason-

able fyne.' Wallis was made free and discharged from entering *IPSWICH*. upon the duties of Alderman of the Gild for a fine of vii. *li*.

3 James I.—R. Seelie was elected Alderman of the Gild to serve with another and to keep two dinners in each year, at which every Burgess should pay 16*d*. for himself and his wife, and the first or next Gild was ordered to be held on Sunday se'nnight after Midsummer.

4 James I.—A tierce of claret was ordered to be provided for the use of the Gild at the cost of the town.

5 James I.—The Aldermen of the Gild were ordered to keep two dinners, and all freemen paying subsidy in the town should attend with their wives, and 'none other.'

6 James I.—The Portmen were ordered to pay 5*s*. each to the dinner of the Gild, the 'Twenty-four' 3*s*. 4*d*. each, and every Freeman 2*s*. 6*d*. None should be allowed to attend but such as were Burgesses; whether they attended or not, they were bound to pay toward the feast.

After the reign of James I the Gild declined in importance, and 'eventually the feast and the Gild are found dwindling to a dinner bestowed upon the Twelve and Four-and-Twenty.'

Nathaniel Bacon, town clerk of Ipswich 1651–1660, writes as follows:—'Albeit that the government of the Guild still continued [after the period of the Norman Conquest] in order to the proffit of them selves in matter of trade; and soe did for a long time after, till those kind of fraternities grew distastfull to kings in their government, by trenching too much, as was thought, upon the prerogative of kings, by their ordinances, and by lawes, the same were committed to the cognisance of the Justices of the peace, or chief Governour of the Corporation, to be disallowed, or allowed and recorded by them, and afterwards to the Justices of the Benches and of assizes. And thus their power being checked, they withered, and for their better support, taking into their society many fforrainers that minded not that way of Trade, by degrees the freedom of the Guild was changed into the freedom of the Towne, the Guildholder still retaining his title and name as a monument of an auncient freedom, and no more, although

IPSWICH. formerly he was looked upon as a kind of check to the Bayliffs, and in somme acts, (even of the kings of this land,) sett in order before the Bayliffs. As it hath bein, therefore, the wisdome of this town hitherto, soe it will be theire wisdome for ye future, to continue constant regard of election of Guildholders, allthough it be merely tituler, and of no consequence in the government of this Town.—(*Bacon, Annalls*, p. vi.)

KENFIG.

‘Et quod nullus extraneus extra nundinas vel forum infra bundas predictas aliquas merchandisas de aliquo extraneo emat nisi tantum de burgensibus nostris eiusdem ville, preter gentiles homines de (?) Glamorgancie et Morgancie pro victualibus eorum, et non racione merchandise. Nec aliquis teneat seldam apertam de aliquibus merchandisis nec tabernam, nec Corf faciet in villa nostra predicta, nisi fuerit cum predictis burgensibus nostris lotantus et escotantus et infra guldam mercatoris ipsorum receptus. Nec non concessimus eisdem burgensibus nostris quod ipsi et heredes sui guldam inter eos facere possint quo tempore et quandocunque voluerint ad proficuum ipsorum. Et quod distringi non debeant pro debito alicuius, nisi debitores aut plegii pro eodem fuerint. Et quod nullus ballivus seu minister noster colore ballivie sue sumoniciones seu attachiamenta faciet nec infra bundas predictas districtionem capiet, nisi tantum constabularius predictus et ballivi eiusdem ville, qui per ipsos burgenses electi fuerint. Insuper concessimus prefatis burgensibus nostris quod omnes mercatores tam Pannarii, Cerdones, Pelliparii et Cirotecarii quam alii diversi qui ex emcione et vendicione vivant infra dominium nostrum Glamorgancie et Morgancie, residere debeant in villis de burgh et non upland. Et quod omnimodas merchandisas faciant in nundinis, foris et villis de burg, et non alibi. Et eciam omnes mercatores cum eorum merchandisis alibi non transiant quam per regales vicos et per villas de burgh. Ita quod nos nec heredes nostri tolnetum nostrum nec aliquas custumas nobis

debitas aliquo tempore amittamus.'—The above is extracted from *KENFIG.* a charter granted by Edward le Despenser to his burgesses of — Kenfig, 34 Edward III, which was confirmed by Thomas le A.D. 1360. Despenser in the year 20 Richard II.—(*Archaeologia Cambrensis*, A.D. 1397. 1871, vol. ii. 178–182.)

Kenfig Ordinances, 4 Edw. III.

'The ancient, true and laudable Ordinances of the said town A.D. 1330. newly drawn by the consent of the portreeve and aldermen thereof whose names are hereunder written, word by word and agreeable to the old decayed roule, with other more ordinances added thereunto, for the good government of the said town and libertys. Dated the twentyeth day of May and the fourth year of Edward the Third after the Conquest.

10. 'Item it is ordained that noe manner of burgess shall buy noe manner of merchandizes that shall happen to come to the said town, but such men as shall be appointed by the said portreeve and aldermen, upon pain of XL.s.; and all such merchandizes to be divided amongst all the burgesses, every man according to his ability.

20. 'Item it is ordained that noe burgess, chencer, nor inhabitant of the said town shall not suffer any stranger within his house privily nor openly to buy nor to sell any manner of merchandizes against the royaltys of the said town and the freedom thereof, upon pain of xx.s.

27. 'Item it is ordained that noe manner of person shall hold nor open shop to cutt carne or trawntrey or ostrey hold, unless he be a burgess, yielding and paying by the appointment of the portreeve, upon pain of a grievous amerciamento.

30. 'Item it is ordained that noe burgess shall not merchandize with noe strangers goods to their singular advantage and for to inhance merchandizes and for to imbeazle the lords royaltys, dutys

KENFIG. and customs, upon pain of high amerciamento at the portreeve's pleasure.

32. 'Item it is ordained that noe chencer nor stranger shall buy any corn within the markett nor within the franchise of the said town, to be sold again, upon pain of amerciamento.

34. 'Item it is ordained that noe stranger shall buy any corn in the markett until the portreeve, aldermen and burgesses be served, except gentlemen for their own household, upon pain of amerciamento.

39. 'Item it is ordained that noe burgess shall buy no manner of wares, as boards, lathes, tyles, nor noe other chaffre for any strangers, whereby the libertys and freedom of the said town may be hurt and hindered to the annoyance of any other burgess, upon pain of three shillings and four pence at every fault and offence comitted therein.'—(*Ibid.*, 246-250.)

KILKENNY.

William Marshall, Earl of Pembroke, conferred various privileges upon his burgesses of Kilkenny (*temp.* Henry III):— 'Nulli mercatori extranio liceat disicionem pannorum facere vel tabernam vinorum habere in villa kylkenn' nisi per quadraginta dies, et si amplius hujusmodi [habere voluerit,] tantum [? tunc] faciat per communionem Burgensium ad proficuum ville [quod] remaneat. . . . Item liceat Burgensibus meis Gyldam mercatoriam & alias gildas habere & suos scotenos¹ cum omni libertate ad ipsos spectante, sicut consuetudo est aliarum bonarum villarum,' etc.—(*Chartae, etc. Hiberniae*, 34.)²

¹ This clause (*totidem verbis*) occurs in several Irish charters. See *Chartae Hiberniae*, 37, 39, 47, 84, and P. Gale, *Inquiry into Corp. System*, p. xii. 'Scotenos' seems to be a grant of the same privilege as 'hansam' or 'hansas' in the English charters.

² Cf. P. Gale, *Inquiry into Corporate System of Ireland*, App. No. 7.

The following and many other privileges and old usages of the KILKENNY. town were confirmed by Richard II in 1383:—‘Item elegi debent annuatim circa festum sancti michaelis in dicta villa duo prepositi de Chepmenesild ad faciendum que ad illum officium pertinent, & ipsi prepositi cognoscere debent coram eis de metis & bundis factis in dicta villa inter vicinum et vicinum¹, et si qui inde coram eis convicti fuerint per presentacionem vel ad sectam partis amerciantur, & misericordia illa est quinque solidi, & illud amerciamentum vertatur in usum dicte ville. Item prepositi dicte ville habere debent correccionem de assisa panis & servicie & correccionem inde facere quociens defectus invenire contigerit, videlicet, per amerciamentum & penam pillorii juxta formam statuti inde editi. . . . Item clamant quod omnes laboratores, Furnitores, Cissores, Sutores, Fullones, Textrices, braceatores, pandaxatores & ceteri operarii & omnes Artifices infra metas ville manentes corrigantur per fines & amerciamenta coram Superiori & Prepositis ejusdem ville & non coram aliis; et illi fines & amerciamenta dividantur, videlicet, quorum medietas domino ville & alia medietas Superiori & Communitati ejusdem ville. Item clamant quod nullus forincecus seu extraneus mercator, cujuscumque condicionis fuerit, ad villam predictam tempore quocumque veniens cum mercimoniis suis, videlicet, ferro, sale & vino & aliis mercimoniis, habeat potestatem, nisi per licenciam Superioris & Burgensium ville predicte, dicta mercimonia vendicioni exponere; et si aliqua mercimonia predicta exponere vendicioni vel tabernam vinorum facere voluerint contra voluntatem Superioris et Burgensium dicte ville, quod illa mercimonia & vina sunt forisfacta dictis Superiori et communitati dicte ville, et predicti Superior et Burgenses habeant potestatem predicta forisfacta recipiendi & in usum dicti ville expendendi sine aliqua calumpnia cujuscumque Judicis. . . . Item clamant quod nulli extranii mercatores habeant potestatem aliquas pellas

¹ This is the function of the Dean of Gild in Scotland. In only one other charter (those of Scotland excepted) do I find this peculiar clause, *i. e.* in the charter of 13 Richard II to New Ross, confirming many old privileges granted in the time of Henry III,—Chartae Hiberniae, 85.

KILKENNY. friscas emere infra metas ville nisi per licensiam Superioris & Communitatis, etc.'—(*Ibid.*, 80-82.)

LEICESTER.

Robert, Earl of Mellent, bestowed the Gild upon his town of Leicester (1107-1118):—'R. Comes de Mell' R. pint' [? Pincerne] atque omnibus baronibus suis Francigenis atque Anglicis tocius sue terre Anglie salutem. Sciatis me concessisse mercatoribus meis Leyc' gildam eorum mercatorum cum omnibus consuetudinibus quibus [i. e. quas] tenuerunt in tempore regis Willielmi et regis Willielmi filii eius et modo in tempore Henrici Regis. Teste R. filio Alcitilli.'—(*Leic. Archives, Borough Charters, etc.*, fol. 68.)

His son, Robert Bossu, who died in 1168 or 1169, allowed the burgesses to hold the town of him at the old rate with an increment of £8. They were not to plead outside the town, but only at their portmanmote, and were to have their Gild Merchant. 'Concedo etiam eis tenere gildam suam mercatoriam, sicut melius umquam tenuerunt tempore patris mei.'—(*Gent. Magaz.*, 1851, vol. 35, p. 263.) He also granted them the following:—'Robertus comes Leycestrie Radulpho vicecomiti et omnibus baronibus et hominibus suis Francigenis et Anglicis salutem. Sciatis quod ego et uolo et concedo quod burgenses mei de Leycestria teneant omnes consuetudines suas bene et in pace et honorifice et quiete in Gilda et in omnibus aliis consuetudinibus, sicut eas umquam melius et quietius et honorificentius de patre meo tenuerint. Testibus,' etc.—(*Rep. MSS. Com.* 1881, p. 404.)

The subjoined charter was probably granted by Robert Bossu or by his father:—'R. Comes Leycestrie omnibus fidelibus . . . [a blank] Anglie salutem. Sciatis me concessisse omnibus burgensibus meis leycest' gildam marcatoriam cum omnibus consuetudinibus quas habebant in tempore patris mei et antecessorum meorum. Precipio ut bene et honorifice et quiete teneant ut unquam melius. Testibus, R. pint', G. Turuill', Ric. Magistro.'—(*Leic. Archives, Borough Charters, etc.*, fol. 67.)

The town archives of Leicester contain many valuable Gild LEICESTER. Rolls¹, extending from 8 Richard I to 4 Richard II. The oldest Roll begins thus: 'Isti intrauerunt in Gildam mercatoriam die Sancti Dionisii proxima post aduentum Comitum in Angliam post deliberacionem suam de captiuitate sua in Francia [1197], scilicet.' The third membrane of this Roll is headed: 'Isti sunt qui intrauerunt Gildam Mercatoriam die Martis primo post ascensionem domini anno primo post coronacionem Domini Regis Johannis.' In the year 1197 about 60 persons were enrolled, and in the four succeeding years 28, 111, 24 and 36 respectively. Subjoined are a few entries selected from the two earliest membranes (1197-1198):—

'Walterus de Nichol'; eius plegii, Wilke Waterman, Robertus de Burg; quietus de introitu et de hansis.

Robertus de Burch xx. *d.*; eius plegii, Wilke Waterman ['taurus' in the margin].

Willielmus homo Walteri le Mercer iii. *s.* viii. *d.*; eius plegii, Robertus le Pot'; quietus de introitu et de ansis et de tauro et de omnibus rebus.

Johannes de Knapetoft; quietus de introitu et de hans et de tauro.

Walterus filius Rogeri; eius plegii, Rogerus pater eius, Ricardus filius Rogeri; quietus de introitu et de hansis et de omnibus rebus.

Wilke Onquom; quietus de toto; plegii sui, Warinus de Corstona, Aco de Vunch'; quietus de introitu et de ansis per totam Angliam.

Johannes filius Bald'; non inuenit plegios quia quietus de omnibus pro iii. sol.

Willielmus de Arington' ii. sol. pro tauro, et debet iii. sol. ad proximam Marwinspeche, et quietus pro omnibus (?).

Johannes Auenar' viii. *d.*; quietus de tauro et de omnibus rebus.

Radulphus filius Jocelini habet sedem patris sui.

¹ Cf. Rep. MSS. Com. 1881, p. 404, which, however, gives a very meagre description of the contents of these important records.

LEICESTER. Simon cum Barba habet sedem patris sui.

Henricus Morkor dedit iii.s. ; plegii sui ; et quietus de hansis et de omnibus ¹.

Most of those admitted made a payment and presented two sureties. Among the names entered in the years 1200 and 1201 are William the stabler, Peter the carpenter, Osburn the farrier, Adam the miller and Gerald the baker. The Gild Rolls also contain the judicial proceedings of the Fraternity ; but its jurisdiction was confined to mercantile affairs.

Besides paying the entrance fees and finding two pledges or sureties for the fulfilment of his obligations, the new member took an oath of fealty to the Gild :—

‘ Le serment de ceux qentrunt la Gylde.—Ceo oÿetz vos meÿr et vos freres de la Gylde qe ieo leaument les leÿs de la Gylde tendray, et ma Gylde bien en totes eschoses sueray, et ou [i.e. oue] mes freres de la Gylde ou qe ieo soÿe escoteray, sur le fee le Euesqe ou . . . [a blank ; supply ‘deinz la fraunchise’]. Et qe ieo garniray mon mair et le bone gentz de la commune, si ieo sasche nul home qe marchaunde deinz la fraunchise qe soit able dentrer la Gylde. Et qe ieo serray obedient et suaunt al comaundement del mair et a ses somounes, et les fraunchises et les bones custumes de la vile a mon poeer meÿnteneray. Si deux me aÿde et ses seÿnz. Amen.’—(*Leic. Archives, Borough Charters, etc.*, fol. 10.)

The above is in the handwriting of the thirteenth century. The same oath in English was used in the fifteenth century :—

‘The Oath of them that enter into the Chapman Gild.—This hear you, Mayor and ye Brethren of the Gilde, that I truly the customs of my Gilde shall lawfully hold, and my Gild in all things serve. I shall lote and scot with my brethren of the Gild, whether I dwell in the town frauncheses, or in the Bishop Fee, or in any other place. Also I shall warne Mr. Mayor and the good folks of the town if I know any man that merchandizeth within the fraunches of this town, that been able to enter into

¹ For various other entries see Thompson, *Munic. Hist.*, 51-52, *Hist. of Leic.*, 53-54, 61.

the Chapman Gilde. And also I shall be obedient and ready LEICESTER:
 at Mr. Mayor's commandement and sommons; and the good
 customs and fraunchisses of this town to my power I shall main-
 tain, as God me help and all Saynts.'—(*Nichols, Co. of Leic.*, i. 377.)

'Anno regni Regis Henrici filii Regis Johannis XL quarto die A.D. 1280.
 Jouis proxima ante diem sancti valentini mense ffebruarii, com-
 muniter fuit prouisum et concessum per communitatem Gylde,
 quod omnes qui sunt in eadem Gylda possunt libere et sine aliqua
 occasione emere a quibuscumque voluerint lanam, prout melius
¹ Cf. Blomefield and Parkin, Norfolk, viii. 516-518. ² See below, p. 167.

officers of the said Guild, (viz.) the skivins, and to settle and take LYNN REGIS, the accounts of them that are then removed. The *third* on the vigil and day of the holy and undivided Trinity, to the laud and honor thereof at the vespers of the said feast, to have "placebo" and "dirige" decently and honourably performed, for the souls of all the ancestors of our lord the king, all the aldermen and brethren of the said guild, all their benefactors and faithful deceased; and on the feast of the said festival to have the solemn masses, as well of the said festival, as the masses of requiem for the souls aforesaid, and to make their offerings for the same. The *fourth* on the Friday next after the feast of the exaltation of the holy cross, to look into the state of the said guild, and to receive the arrears, if any were left in the hands of the skivins of the foregoing years, and to dispose and order the goods and chattels of the said guild.

(2.) If any brother of the said guild shall dye in the said town, another brother of the same, deputed by the alderman, shall appoint 12 torches to be at the funeral of the said deceased; and, further, every brother of the guild in town, shall be warned to make his offering for the deceased, at the mass that is celebrated on the day of the burial.

(3.) If any of the aforesaid brethren shall dye in the said town or elsewhere, as soon as knowledge thereof shall come to the alderman, the said alderman shall order solemn mass to be celebrated for him, at which every brother of the said guild that is in town, shall make their offering; and, further, the alderman shall make every chaplain of the said guild, immediately on the death of any brother, to say 30 masses for the deceased.

(4.) The alderman and skivins of the said guild are by duty obliged to visit, four times a year, all the infirm, all that are in want, need, or poverty, and to minister to, and relieve all such, out of the alms of the said guild.

(5.) If any brother shall become poor and needy, he shall be supported in food and cloathing, according to his exigency, out of the profits of the lands and tenements, goods and chattels of the said guild.

LYNN REGIS. (6.) If any one has a desire and is willing, for the honour of the holy Trinity, to be received into the said guild, that he may be partaker of the alms and benefactions thereof, he shall give to the said guild a certain sum of money to the maintenance of the said alms and benefactions, according to what shall be agreed upon by the alderman and brethren thereof.

(7.) If any brother has a son, or sons, after his entrance into the guild, lawfully born and begotten, especially if such be of good and honest fame and conversation, they are to be received every one of them into the said guild, if he so thinks well, four shillings each.

(8.) No born slave, or one of such like condition, nor any apprentice can be received, and if any one of such like condition should be received into the said guild, the alderman and his brethren not knowing it, when it is truly and lawfully proved, such a one shall lose the benefit of the guild.

(9.) No one until he arrive at the age of 21 years, and is of honest fame and condition, can be received into the said guild.

(10.) If any alderman shall happen to dye, or shall be removed from his office on any just and reasonable cause, the community of the said town shall immediately choose another into the said office, which alderman so elected, in the presence of the said community, shall promise, that he will faithfully perform and observe all and singular those things which belong to his office.

(11.) When any one shall be received into the said guild, he shall promise in the hands of the said alderman on his faith, that he will be obedient to the said alderman and his officers of the guild for the time being, in all lawful and honest things touching their office, and that he will faithfully observe, as far as he is able, all the lawful ordinances which, for the good rule and government of the said guild, and honourable support of the said chaplains, and the alms and good works of the said guild, are already made, or shall be made hereafter.

(12.) It was ordained on Wednesday in the week of Pentecost

in the 7[th year] of Edward that the bretheren should keep a *LYNN REGIS.*
 general Morwespech three times a year ; to wit, on Friday in
 Whitsun week, on Friday after the exaltation of the Holy Cross,
 and on Friday on the first week of Lent.

(13.) Likewise it was ordained, by common consent, that the
 alderman and his brethren should take care that a solemn mass
 should be celebrated for the soul of John de Grey, formerly
 bishop of Norwich, who first obtained the liberty of the said guild ;
 viz. on the feast of the holy Trinity, where every one of the
 brethren was to make an offering of an halfpenny, and if any one
 made default, he was to give one sextary of wine to the alms
 of the said house and gild.

(14.) And on Friday in the week of Pentecost in the 44
 Edward III [1370], Thomas de Bokesham then alderman of, &c.,
 it was agreed unanimously that all the brethren who were well in
 town should meet at Vespers at St. Margaret's church, and should
 hear together Vespers and Placebo for the soul of the aforesaid
 King John and John [de] Grey bishop of Norwich, and on the
 day following, on the feast of the holy Trinity, they should all be
 there present, and hear the mass said of the holy Trinity, and,
 immediately after that, the mass for the dead, by note, for the
 souls aforesaid.

(15.) On Friday on the week of Pentecost, in the 23 Edward 3, **A.D. 1349.**
 it was provided by common assent, for ever, that no brother ought
 to buy or sell any millstones, or marble stones, brought to Lynn
 to be sold, as long as the "scabini" of this house would buy them
 for the profit of the guild and pay for them to the full ; and if any
 one brother should act contrary hereto, he should for ever be de-
 prived of the society.

(16.) On Friday the week of Pentecost the 24 Edward 3, it **A.D. 1350.**
 was provided and agreed that every one of the skivins shall faith-
 fully and separately give in his account before the alderman and
 his brethren to show to them how many millstones he has bought
 or sold, to whom he has sold, and for what price ; and what size
 every millstone was which he either bought or sold : and all the
 ready money (silver) he has he shall bring with him ; and if he

LYNN REGIS. does not, as is here provided, he shall give six pound of silver to the use and profit of the said house, or be discharged the society.

(17.) If any brother shall be elected to the office of a skivin and he shall refuse it, he shall pay 40s. to the good of the house, or be expelled.

A.D. 1342. (18.) On Friday in Pentecost week, 16 Edward III, it was provided and ordained unanimously by the alderman and the fraternity that the skivins for the time being may at any time of the year distrain and bring their distresses for rents and farms belonging to the guild, according to the customs, &c. of the Burgh of Lynn, and that for the time to come the skivins should be responsible for the full payments of the said rents and farms till the time of their accounting shall come, and that the skivins for the time being, whether they are elected this present year or have been elected the foregoing year, shall every year at the feast of St. John the Baptist account with their tenants, and the said tenants shall hire again of the said skivins the houses which they shall hold beyond the term of the said St. John, as the said skivins shall see to be most for the profit of the said guild [And that the said skivins are to take keyage of merchandizes lying on the key in manner and form following Also the said day it is ordered that no bad persons, nor any spiritual person, should work upon the kay.]

(19.) On Friday on the week of Pentecost in the 27 of Edward **A.D. 1353.** III, Jeffrey Drew then alderman, it is provided that if any brother was found guilty and convicted of any notorious and scandalous falshood to the loss or disgrace of the guild, he should be deprived [of his guild], and never be reconciled, but looked upon as a convict and perjured person.

(20.) On Friday next after the feast of the exaltation of the **A.D. 1357.** holy Cross, in the 31 of Edward 3, Jeffrey Drew then alderman, it was unanimously agreed by the alderman and his brethren, that as by the grant of the king in his charter the Burgh of Lynn Episcopi had this Liberty, that the burgesses of the same in all fairs through the kingdom of England were free and enjoyed that

freedom; when therefore any one of the said burgesses or *LYNN REGIS*. brethren should go to the fair at Stirbridge, or where any such like fair is held, and has taken his place by the consent of any of the bailiffs of those places, and marked it out by stakes or pins, by wood or stone, if any other burges of Lynn, or brother, either by presents or favours should deprive of or expel the aforesaid burges, or brother, from his place so taken as aforesaid, he is to be looked upon and esteemed as a transgressor of the aforesaid Liberty, and to be fined 40s., so that the person so deprived and expelled may have 20s. of it; and if the transgressor shall happen to be a brother of the said guild, he shall be obliged by the alderman to pay 20s. for the benefit of the said guild; and if the transgressor shall be a burges, and not a brother of the guild, he shall be obliged to pay 20s. by the mayor of the town, for the benefit of the commonalty of the said town.

(21.) It is provided that none of our brethren shall come into the guild before the alderman and his brethren capped, or hooded, or barefooted, or in any other rude or rustick manner, and if he does he shall pay 4*d.* for alms.

(22.) 16 Richard 2, 1393. Licence was granted that John de Brunham and Thomas de Couteshale, of Lynn, might give to Henry de Betely, alderman, the rents and profits of five messuages, one Kay, 11*l.* 6*s.* 8*d.* rent, and the profit of one passage boat beyond the port of Lynn Epi. with the appurtenances in Lynn.—(*Richards, Hist. of Lynn, 458-466.*)

The manuscript¹ from which the above ordinances were taken seems to be no longer in existence; the return of Thomas Botesham with the first eleven 'Usages and Customs' is still extant in the Public Record Office:—

'Thomas Botkesham, Aldermannus et Custos gilde vocate magne gilde Sancte Trinitatis in villa de Lenn' in Comitatu Norff', virtute cuiusdem proclamacionis apud Lenn' facte per breve domini Regis de modo et forma et auctoritate fundacionis et

¹ A volume belonging to Thomas Day, formerly in the possession of H. Partridge,—see Richards, p. 451.

LYNN REGIS. omnium aliorum articulorum in dicto breve specificatorum dictam gildam concernencium, excellencie vestre regie cum omni subiectione ligea et reuerencia premissa certificat in hiis scriptis : Primo quoad auctoritatem fundacionis et incepcionis ac continuacionis et regiminis gilde predicte, predicta gilda est et incepta fuit a tempore cuius contrarii memoria non existit, eo quod in dicta villa est et fuit a tempore supradicto quidam Aldermannus et communitas, qui quidem Aldermannus qui nunc est a dicta communitate ville predicte est electus, et omnes Aldermanni ville predicte predecessores dicti Thome semper a communitate ville predicte electi fuerunt et eligi debuerunt pro regimine communitatis dicte ville, et regimen et gubernacionem habuerunt a toto tempore supradicto, qui quidem nunc Aldermannus et omnes predecessores sui Aldermanni ville predicte pro regimine dicte ville taliter electi Aldermanni et Custodes magne gilde Sancte Trinitatis in villa de Lenn' predicta fuerunt, et dictam gildam secundum consuetudines hactenus usitatas semper regere consueverunt ; et qui quidem Aldermannus sic electus officium Aldermannie sue et custodie magne gilde predicte habere et exercere debet ad totam vitam suam, et omnes predecessores sui Aldermanni ville predicte in forma superius expressata electi ad totam vitam suam custodiam gilde predicte secundum formam et effectum consuetudinum gilde predicte, quarum tenor sequitur, habuerunt et vsi fuerunt, nisi ex causa infirmitatis, impotencie seu alia causa rationabili fuerint amouendi ; [sicut] hoc dominus Johannes quondam Rex Anglie, progenitor domini Regis nunc, perpendens multitudinem mercatorum ad dictam villam adtunc confluencium concessit dictis Aldermanno, communitati et successoribus suis per litteras suas patentes, quarum data est anno regni sui sexto, quod ipsi haberent gildam mercatoriam in villa predicta. Et postea dominus Henricus quondam Rex Anglie, filius dicti domini Regis Johannis, concessit per litteras suas patentes quod vnum de seipsis eligent in maiorem, qui quidem maior et aldermannus qui pro tempore fuerint extunc regimen et gubernacionem ville predicte continue habuerunt, et qui quidem Aldermannus tempore vacationis maioratus predicti siue dicto Maiore extra villam predictam

absente regimen et gubernacionem dicte communitatis post con- LYNN REGIS.
 feccionem Maioris antedicti [habuit], prout ipse Aldermannus et
 predecessores sui Aldermanni ville predicte ante confeccionem
 Maioris predicti vsi sunt et habuerunt. Qui quidem Maior et Alder-
 mannus et communitas ville predicte post confeccionem Maioris
 in forma predicta, et Aldermannus et communitas ville predicte
 ante confeccionem Maioris in forma supradicta habuerunt unam
 communem placeam vocatam *le commen stathe* cum pertinenciis,
 que valet per annum casualiter vltra reprises XLII. *li.* VI. *s.* VIII. *d.*
 Et de exitibus dicte placee et aliorum bonorum et catallorum dicte
 gilde [pertinencium] eo quod ad laudem dei et Sancte Trinitatis
 specialem affectionem dicti Maior, Aldermannus et communitas
 postquam Maior ibidem sic constitutus fuerit et dicti Alderman-
 nus et communitas, eorum antecessores et predecessores ante
 ordinacionem dicti Maioris, a tempore cuius contrarii memoria
 non existit, affectuose gerebant dictam magnam gildam Sancte
 Trinitatis (sic a tempore cuius contrarii memoria non existit a
 progenitoribus et antecessoribus dictorum nunc Maioris, Alder-
 manni et communitatis fundatam et inceptam), continuauerunt et
 rexerunt secundum formam et effectum articulorum subsequen-
 cium, prout inferius continetur. Ac ulterius idem Aldermannus
 vobis certificat quod omnia bona et catalla prefate gilde pertinen-
 cia se extendunt ad summam CCLX. *li.* XIII. *s.*, videlicet, in denariis
 numeratis LX. *li.* XIII. *s.*, et in diuersis mercandis cc. *li.*, ac in
 diuersis libris, vestimentis, calicibus et aliis ornamentis pro
 capellanis dicti gilde in gilda dicta celebrantibus tam in ecclesia
 parochiali quam in capellis dicte ecclesie annexis, necnon in cera
 pro luce in dicta ecclesia et capellis in laudem et honorem Sancte
 Trinitatis annuatim invenienda et sustentanda quam pro torchis ad
 exequias sociorum dicte gilde pauperum defunctorum, de quibus
 quidem proficuis tam de *commen stathe* quam bonorum et catal-
 lorum supradictorum una cum diuersis bonis et catallis dicte
 gilde legatis, predicti Aldermannus et communitas sustinent et
 [inueniunt] tresdecem capellanos ad annuatim et cotidie tam
 pro domino nostro Rege et progenitoribus suis quam pro tranquili-
 tate et pace regni sui ac animabus omnium Aldermannorum,

LYNN REGIS. sociorum et benefactorum dicte gilde [et] omnium fidelium defunctorum celebrandum. De quibus dictis capellanis sex in ecclesia parochiali predicta, quatuor in capella Sancti Nicholai, et tres in capella Sancti Jacobi in eadem villa Lenn' celebrant, qui quidem omni die, prout diuisi sunt, in ecclesia et capellis predictis ad magnam missam per notam celebrat' [i.e. celebrandam] ac in dominicis et aliis diebus festualibus ad matutinas, missam et vespervas per notam celebrat' [i.e. celebrandas] existunt. Et si quis capellanorum predictorum in officio suo exercendo, vt predictum est'
—(*Record Office, Misc. Chancery, Gilds, 136 a.*)¹

The Trinity Gild is also mentioned in an inquisition of 3 Henry V. In the year 13 Henry IV. several merchants, with a great multitude of adherents, elected the Mayor of Lynn contrary to the liberties and custom of the burgesses, 'ad dampnum proborum burgensium.' While he was in office he and his followers made 'diversos forinsecos habitantes' burgesses, 'contra voluntatem proborum burgensium.' Again, 2 Henry V, 'sine consensu Burgensum et Majorum,' they quitclaimed the debts of the town. The jurors testified that in 1 Henry V these men and others came 'ad Gildam aulam sancte Trinitatis de eadem et ibidem noctanter super fratres eiusdem Gilde violenter et maliciose super eos insultum fecerunt' to the great injury of the brethren. In 2 Henry V certain 'probi viri' were attacked by the accused 'cum magna multitudine populi.' In the same year they prevent the 'probi homines' from electing the mayor,—'probos burgenses et majores ab antiquo electos venire . . . ad faciendum dictam electionem majoris.'—(*Petyt MS., ii. 82-86.*)

The Fraternity was dissolved November 4th, 1547, and most of its property was vested in the Corporation of the town. Among the goods which the latter received was a stock of millstones valued at £40.—(*Richards, 450, 468, 472.*)²

¹ The lower half of this parchment is almost wholly illegible; scarcely half a dozen lines of the part headed 'Usus et Consuetudines' can be deciphered.

² Cf. Blomefield and Parkin, Norfolk, viii. 506.

MACCLESFIELD.

Macclesfield received grants of the Gild 45 Henry III, 8 MACCLESFIELD.
Edward III, 13 Richard II, etc.¹

In the year 24 Edward III the mayor and burgesses of Mac- A.D. 1350.
clesfield were summoned by the Earl of Chester to show by
what right they claimed the Gild Merchant and certain other
liberties. They produced the charter of 8 Edward III. 'Et
Johannes de la Pole, qui sequitur pro domino Comite, petit quod
predicti Maior et Burgenses ostendant et declarent Curie qualiter
et quomodo clament libertates predictas per verba in clameo suo
contenta. Qui dicunt quod per dicta verba quod villa de Maccles-
feld sit liber Burgus, clamant quod eadem villa sit liber burgus et
habeat omnes libertates et consuetudines quas liber Burgus de jure
habere debet. Et per illa verba quod Burgenses ejusdem ville
habeant gildam mercatoriam, clamant quod nullus recipiatur in
Burgensem in eadem villa nisi per assensum et voluntatem
predictorum Maioris et Burgensium, nec quod aliquis habeat
libertatem sicut Burgensis ibidem ad merchandizandum, nisi per
Maiorem et Burgenses predictos recipiatur.' They then explain
their other liberties.—(*MS. Harley 2115*, fol. 157.)

MALMESBURY.

'*De Scotallis Malmesburiae.*'

'Omnibus Christi fidelibus praesens scriptum visuris vel
audituris, Walterus² Dei gratia abbas Malmesburiae et totus
ejusdem loci conventus, salutem in Domino. Ad universitatis
vestrae notitiam volumus pervenire, nos divinae pietatis intuitu, et
pro salute animarum nostrarum, ad devotam instantiam et petitio-
nem burgensium de Malmesburia, eisdem et successoribus suis,
quantum ad nos pertinet, remississe imperpetuum sectam trium
scotallorum, quae consueverunt sequi per annum; unius, scilicet,
ad festum Sancti Michaelis, alterius contra Natalem Domini, et

¹ Earwaker, East Cheshire, ii. 460; Corry, Macclesf., 6, 9.

² Probably Walter Loring (1205-1222),—see *Monast. Angl.*, i. 255.

MALMESBURY. tertii in Quadragesima. Illis itaque remittimus sectam illam qui sunt de gilda mercanda in villa Malmesburiae, et aliis omnibus existentibus extra gildam mercandam, qui tantum pacare solebant et debebant ad dicta scotalla, quantum ipsi de praedicta gilda. . . . ['dicti burgenses' are to give 30s. per year in place of these scot-ales.] Et colligentur isti denarii statutis terminis per manus senescallorum praedictae gildae et per manum servientis nostri,' etc.—(*Registrum Malmesb.*, i. 446.)

William¹, abbot, and the monks of Malmesbury transferred certain lands to the burgesses in the Gild,—'burgensibus qui sunt de gilda mercatoria Malmesburiae.' The latter in return gave the former a certain part of a heath called 'Portmannesethe.' This second document begins thus: 'Sciant praesentes et futuri quod nos Willelmus Hasard, aldermannus gildae mercatoriae de Malmesburia, Thomas Hasard, Willelmus de la Sale, senescalli ejusdem gildae, Henricus le Taillur, Willelmus de Hundlavintone, Nicholaus le Warre, Ricardus Hasard, Walterus le Clacker, Nicholaus et Han' Hansex, Hugo le Teynterer, Willelmus le Fyz, Johannes filius Martyni, Johannes Triok, Adam Sprot, Hugo Testard, Ricardus et Willelmus Pavi, Reginaldus le Þang, Thomas de la Posterne, et tota communitas intrinseca ejusdem villae et gildae mercatoriae, remisimus et hoc praesenti scripto nostro quietum clamavimus.'—(*Ibid.*, ii. 150-155.)

'Rex² vicecomiti salutem. Si Henricus Handsex, Bartholomaeus Aunger, Hugo Testard, Willelmus de la Male et caeteri burgenses de communitate libertatis burgi Malmesburiae fecerint te securum de clamio suo prosequendo, tunc summonneas, etc. abbatem de Malmesburia quod sit coram justiciariis nostris apud Westmonasterium a die Paschae in xv. dies, ostensurus quare, cum praefati burgenses habere debeant, et ipsi et eorum antecessores, a tempore quo non extat memoria, habere consueverunt

¹ Either William de Colern (1260-1296) or William de Badmenton (1296-1324),—see *Monast. Angl.*, i. 255-256.

² Probably Edward I.—The 'Registrum Malmesburiense' was written toward the end of the thirteenth, or beginning of the fourteenth, century,—see *Registrum Malmesb.*, ii. p. xxiv.

tales libertates et consuetudines; videlicet, quod nullus pannos MALMESBURY.
 de lana aut coria alba vel tannata vel piscem vel carnes venales
 particulatim in burgo praedicto scindere ac vendere, sed ea
 integre et absque scissura aliqua ibidem vendere debeat. Et
 quod nullus pelles bidentium vel coria cruda emere; nec aliquis
 sutor extraneus aut cyrothecarius de grossis cyrotecis, de corio
 equi sotillares aut cyrothecas hujusmodi ibidem vendere; nec
 aliquis mercator lanae infra burgum praedictum emere vel
 vendere debeat, aut possit lanam aliquam per pondus suum
 proprium alio modo quam fieri solet in consimilibus burgis et
 villis mercatoriis regni nostri. Et insuper cum dicti burgenses
 stalla sua in locis certis ad mercandisas suas infra burgum prae-
 dictum vendendum habere, et textores, sutores, cyrothecarii et
 alii homines cujuscunque ministerii in praedicto burgo existant,
 qui non sunt de communitate gildae burgensium praedictorum,
 certos redditus occasione ministerii sui ad sustentationem gildae
 praedictae dare debeant et consueverunt, praefatus abbas prae-
 dictas consuetudines in burgo praedicto observari non permittit,
 in eorundem burgensium dispendium non modicum et grava-
 men, et contra libertates suas, quibus ipsi et eorum antecessores
 temporibus quibus burgus praedictus fuit in manibus praedeces-
 sorum nostrorum regum Angliae, rationabiliter uti consueverunt,
 ut dicitur. Et facias ibi summoneri et hoc breve. Teste me
 ipso.'—(*Registrum Malmesb.*, ii. 393.)

MARLBOROUGH.

The Gild Merchant was conferred upon the burgesses of
 Marlborough by King John and Henry III.—(*Rot. Chart.*, 135;
Waylen, Marlb., 98.)

'Rex Archiepiscopus, etc. Salutem. Sciatis quod cum con-
 tencio mota fuisset in curia nostra coram nobis inter probos
 homines nostros de Marleberg' querentes et probos homines
 nostros Suhamtonie deforciantes de Theoloneo quod predicti
 homines Suhamtonie capiebant de Hominibus nostris de Marle-
 berg' contra libertates suas, quas habent per cartam domini

Pro hominibus
 de Marleberg',
 [et] Suhamt'.

MARLBOROUGH. Johannis Regis patris nostri et per cartam nostram, ut asserebant; tandem de licencia nostra taliter inter eos conuenit quod omnes homines nostri de Marleberg' qui sunt in Gilda Mercanda de Marleberg' et hoc affidare uolunt, quieti sint in perpetuum de omni consuetudine et omnimodo Theloneo in villa Suhamt' et in omnibus pertinenciis suis de quibus homines de Suhamp' infra libertatem suam dictos homines de Marleberg' acquietare possunt, non obstante eo quod carta ipsorum hominum Suhamt' prior est cartis predictorum hominum de Marleberg'; et similiter homines de Suhamt' quieti sint de omni consuetudine et Theloneo in villa de Marleberg'. Nos igitur, uolentes quod predicta Conuencio firma sit et stabilis in perpetuum, ipsam pro nobis et heredibus concedimus et confirmamus. Testibus, Ricardo Comite Pictauiæ et Cornubie fratre nostro, etc., ut supra.—(*Record Office, Charter Roll* 23, Hen. III, mem. 3.)

NANTWICH.

'With respect to its ancient jurisdiction, it appears that there was established here soon after the Conquest a Mercatorial Guild or Brotherhood, being a politic institution, and the groundwork of Bodies Corporate In judicial matters this Guild had the assistance of the Court Leet, and it provided six perpetual Chaplains to say mass for the brethren belonging to it. It is supposed that this Institution is the same noticed on an inscription in the Church, as being the Brethren and Sisters of the Holy Cross. They were suppressed and the revenues forfeited under the statute of Edward VI; notwithstanding which a bailiff, one of its chief officers, continued to be chosen annually at the Leet, and was considered the first officer in the town, although he possessed not a tittle of legal authority. This election, however, which took place at the first Court after Michaelmas, ultimately fell into neglect, and the present jurisdiction of the town is vested in the Constables. The other ancient officers of the Guild were the Rulers of the Walling, the Heath Keepers, the Leave Lookers, the Ale Tasters, the Fire Lookers, and the Kennel

Lookers. . . . The Leave Lookers was an office of some authority; they inspected the markets, regulated the weights and measures, and destroyed all unwholesome meat.'—(*Hanshall, Cheshire, 490-491.*)¹ NANTWICH.

NEATH.

Thomas le Despenser, son of Edward le Despenser, in the year A.D. 1359. 1397, inspected and confirmed an earlier charter (33 Edward III) in which the Gild is mentioned:—'Concessimus etiam prefatis Burgensibus nostris et eorum successoribus quod de cetero nullus Wallensis nec aliquis alius aliquam libertatem habeat ratione alicujus Burgagii in Burgo nostro predicto, nisi fuerit ibidem residens, videlicet, Potwallinge et cum eis Lotans et Scotans et infra guildam libertatis eorum receptus.' Thomas granted his burgesses of Neath, among other liberties:—'Quod nullus extraneus extra nundinas et ferias infra bundas praedictas aliquas mercandizas de aliquo extraneo emat nisi tum [i.e. tantum] de Burgensibus nostris Villae nostrae praedictae ratione merchandizarum, nec aliquis teneat seldam apertam de aliquibus merchandizis nec tabernam, nec corff faciat in villa praedicta, nisi fuerit cum praedictis Burgensibus lotans et scotans et infra Guildam libertatis eorum receptus. Necnon concessimus eisdem Burgensibus quod ipsi et haeredes eorum Guildam facere possint quo tempore et quecunque [? quandocunque] voluerint, ad proficuum ipsorum. . . . Insuper concessimus predictis Burgensibus quod omnes mercatores tam pannarii, cerdones, pelliparii, chirothecarii, quam alii diversi qui ex venditione et emptione vivant infra dominium nostrum Glamorganiae et Morganiae, residere debeant in villa de Burgh et non upland, et omnimodas mercandizas faciant in nundinis, feriis et in villis de Burgh, et non alibi. Et etiam quod omnes mercatores cum eorum merchandizis alibi non transeant quam per regales vicos [et] per villas de Burgh. Ita quod nos nec haeredes nostri Tolnetum nostrum nec alias custumas

¹ Cf. Ormerod, Cheshire, iii. 426; J. Hall, Nantwich, 30, 68, 73, 277. Hall (p. 68) says that the Leave-lokers also looked after the customs and tolls.

NEATH. nobis debitas aliquo tempore amittamus.'—(*Francis, Charters of Neath.*)

'Ordinaunces of the Towne of Nethe made by the Constable
A.D. 1542. Porterive and the Burgesses of the saide Towne

Item that noe Burgesse shall buy of any strainger any marchandize that shall fortune to come to the key or within the haven of the same Towne, as wyne, salte, wood, Iron or any other marchandize that may be devided, but such twoe Burgesses as shall bee chosen by the Constable, Portrive and Burgesses, and have experience and knowledge in the same marchandize ; and when it is soe by them boughte, any Burgess to have his porcion after his degree, that is to say, to a handy crafte man to have sufficient to serve his howse, a marchant lyveinge by buying and sellinge to have after his ; and that no Burgess buy of a strainger uppon the paine of fforty shillings and to be discommind of his libertie ; and such marchandice as bee broughte in any vessell the same goods to be devided by sixe of the twelve men with the Porterive and in his absence by one of the eleven, and not otherwise, uppon like paine.

Item that noe Burgesse bee made ne receaved into the Guile [i.e. Guild] of Burgesses except hee bee admitted by the Porterive and Councill, and agreement of the Burgesses, soe that hee be of such Condicions and birth as hee may bee ruled and governed by the Portrive and Councill of the saide Towne for the time being ; and hee or they to take noe maintayners, uppon payne of discommining, if hee bee found guiltye by sixe of his brethren the Burgesses, and amerceament to the Kinge of Sixe shillings and eighte pence.

Item that noe Burgesse shall withdrawe another Burgesses bargaine or marchant in hannsinge of his Stuffe, and blaming his neighbours, uppon paine of Tenne shillings of amerciamento.

Item that noe manner of person shall hold ne open shoppe, to cutt karve [i.e. corf], to entertayne ostrey [i.e. hostel] hold, unlesse hee bee a Burgesse, giveing and yeeldinge according to the Charter, uppon payne of a greivous amerciamento.

Item that noe gensor [i.e. chencer] nor estranger shall buy noe

Corne within the markett nor within the ffranchise of the saide *NEATH.*
Towne and sell it againe, uppon paine of amerciamento. —

Item that noe gensor inhabitant nor estrangere shall buy noe walshe Cloth, white Russett or Blacke, of any other estrangere within the saide Towne or ffranchise of the same, nor shall buy noe yarne, wooll or any othing [i. e. other thing], except in the faire time, uppon paine of fforfeiture of the same.

Item that noe Burgesse, gensor nor inhabitant shall colour anie estrangere within his howse, privilie or openly to buy or sell any manner marchandice against the Royaltie and freedome of the Towne, unlesse it bee to a Burgesse of the saide [town], uppon paine of amerciamento of tenne shillings.'—(*Francis, Charters of Neath.*)

NEWCASTLE-UNDER-LYME.

Radulphus de Tycknes, Henricus le Barker, Thomas filius Staff'. Thome, Willielmus de Rowsleye et Hugo le Mariscall summoniti fuerunt ad respondendum Ricardo le Pestur de placito quare ceperunt Catalla ipsius Ricardi et iniuste detinuerunt, etc. Et vnde queritur quod predicti Radulphus et alii, die Lune proxima ante festum sancti Dunstani Anno regni Regis nunc septimo, **A.D. 1279.** apud villam de nouo Castello in domo cuiusdam Ricardi le Prude ceperunt decem vellera Lane ipsius Ricardi le Pestur precii sex solidorum, et ea iniuste detinuerunt contra vadium et plegium, etc. vsque diem Lune proximam ante festum sancte Margarete Virginis, quando deliberata fuerunt per Ballium domini Regis, etc. ; vnde dicit quod deterioratus est et dampnum habet ad valenciam quadraginta solidorum. Et inde producit sectam, etc.

Et predictus Radulphus et alii veniunt et defendunt Vim et Iniuriam, quando, etc. Et bene cognoscunt quod ceperunt predicta vellera, et iuste. Dicunt eciam quod Dominus Henricus [III] Rex concessit Burgensibus predicte ville de nouo Castello quod Burgenses eiusdem uille habeant Gildam Mercatoriam in predicto Burgo cum omnibus libertatibus et aliis consuetudinibus ad huiusmodi Gildam pertinentibus. Et quod consuetudo illius Burgi talis est per libertatem ipsius Gilde quod non licet alicui

NEWCASTLE-
UNDER-LYME.

infra predictum Burgum aliquam Lanam vendere uel emere nisi illis in predicta Gilda existentibus, nisi per saccos uel per aliud magnum pondus. Et dicunt quod quia predictus Ricardus le Pestur emit predicta vellera in predictum Burgum contra predictam libertatem Gilde, ceperunt ipsi predicta vellera, sicut eis licuit per predictam libertatem eis per predictum Henricum Regem concessam. Et proferunt Cartam ipsius domini Henrici Regis in hec verba :—Henricus dei gracia Rex Anglie, etc., Comes Andegauię Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Prepositis, Ministris et omnibus Balliuis et fidelibus suis salutem. Sciatis nos concessisse et hac carta nostra confirmasse pro nobis et heredibus nostris Burgensibus nostris de nouo Castro subtus Limam quod uilla nostra de nouo Castro subtus Limam sit liber Burgus, et quod Burgenses eiusdem uille habeant Gildam Mercatoriam in eodem Burgo cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad huiusmodi Gildam pertinentibus, et quod eant per totam terram nostram cum omnibus mercandis suis emendo et vendendo et negociando bene et in pace, libere, quiete et honorifice, et quod quieti sint de Theoloneo, Passagio, Pontagio, Stallagio, Lestagio et omnibus aliis consuetudinibus, saluis in omnibus libertatibus Ciuitatis nostre Lond'. Quare volumus, etc. Data

[A.D. 1225. apud ffeckeham octauodecimo die Septembris Anno nono.—Requisiti cuiusmodo libertates clament habere pertinentes ad predictam Gildam. Dicunt quod nullus, nisi fuerit de libertate ipsius Gilde, potest Pannum scindere vendendum infra villam, nec carnem nec piscem scindere, nec corea recencia emere, nec lanam emere per vellera, nisi per magnum pondus, scilicet, petras, saccum uel dimidium.

Et predictus Ricardus le Pestur dicit quod ipse est Burgensis de Stafford', et quod Dominus Johannes Rex concessit et carta sua confirmauit Burgensibus de Stafford' quod villa Stafford' sit liber Burgus inperpetuum. Et quod ipsi Burgenses et heredes eorum sint quieti de Toloneo, Lestagio, Passagio, Paagio, Stallagio et Pontagio per omnes terras suas, salua libertate Ciuitatis Lond'.

A.D. 1208. Et proferunt Cartam predicti domini Johannis Regis que hoc

testatur, que quidem Carta fuit facta primo die Maii anno regni NEWCASTLE-
UNDER-LYME.
sui septimo. Proferunt etiam quandam Cartam domini Henrici Regis patris domini Regis nunc, que testatur quod predictus Henricus Rex predictam concessionem ipsius Johannis Regis patris sui concessit pro se et heredibus suis et confirmavit, que quidem carta facta fuit apud Rading' vndecimo die Aprilis Anno **A.D. 1228.** regni sui duodecimo. Et petunt Judicium, desicut quieti sunt de omnimodo paagio per totum Regnum Anglie, salua predicta libertate Ciuitatis Lond', per predictam Cartam domini Johannis Regis, que quidem Carta antiquioris date est quam predicta Carta domini Henrici Regis predictis Burgensibus de Nouo Castello inde confecta, si accionem possint habere ad huiusmodi Paagia contra libertates suas per predictas Cartas eis concessas exigere, etc.

Et predicti Radulphus et alii dicunt quod qualescumque cartas ostendant de predicta libertate quod non debent eis obesse. Dicunt etiam quod dominus Rex Henricus concessit eis predictam Gildam Mercatoriam, et quod illa libertas, scilicet, quod non licet alicui lanam emere in predicta uilla de Nouo Castello per particulas, nisi fuerit de libertate predicte Gilde, pertinet ad Gildam illam. Vnde petunt Judicium, etc. Dies datus est eis de audiendo iudicio suo a die sancte Trinitatis in xv. dies, etc. —(*Record Office, Placita de Banco, Hillar., 8 Edw. I, mem. 37.*) **A.D. 1280.**

Thomas filius Thome de Nouo Castro subtus Lyman, Hugo le Staff'. Marescall', Willielmus de Routisley, Hugo filius Thome, Willielmus de Thycnes, Henricus le Barbur, Thomas le fforester, Johannes le Schot, Stephanus de Derby, Ricardus Warwe et Benedictus le Marchaunt summoniti fuerunt ad respondendum Willielmo de Pykestok de placito quare ceperunt catalla ipsius Willielmi et ea iniuste detinent, etc. Et vnde queritur quod predicti Thomas et alii, die Sancti Edmundi Regis anno regni regis nunc septimo incipiente octauo, in villa de nouo castro subtus limam in **A.D. 1279.** selda sua ceperunt quatuor vlnas de Rayo afforsato, precii vlne quadraginta denar', et eas detinuerunt contra vadium, etc. vsque diem Lune proximam post festum Sancti Ambrosii proximo sequens,

NEWCASTLE-
UNDER-LYME.

quando deliberate fuerunt per predictum Dominum, unde dicit quod deterioratus est et dampnum habet ad valenciam quadraginta solidorum, et inde producit sectam.

Et Thomas et omnes alii veniunt. Et defendunt vim et iniuriam, quando, etc. Et bene cognoscunt quod receperunt predictas vlnas, et iuste. Quia dicunt quod ipsi Burgenses sunt Burgi de Nouo Castro subtus Limam. Et quod in predicto Burgo habent Gildam Mercatoriam ex dono Domini Henrici Regis proavi Regis nunc, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad huiusmodi Gildam pertinentibus. Et quod consuetudo in predicto Burgo pertinens ad predictam Gildam talis est quod non licet alicui, nisi Burgensibus predicti Burgi, infra predictum Burgum aliquem pannum scindere, nec per vlnas vendere, nec schoppam tenere, nisi fuerit in predicta Gilda Burgi predicti. Et quia predictus Willielmus ibidem tenuit schoppam suam in predicta villa et pannos suos scidit et per vlnas vendidit, nec fuit in predicta Gilda, contra libertates predicti Burgi, ceperunt ipsi predictas quatuor vlnas. Et proferunt cartam Domini Henrici patris Regis nunc que hoc testatur.

Et Willielmus dicit quod non pertinet predicte Gilde, quin Mercatores venientes licite possint pannos suos scindere et per vellera vendere et shoppas tenere, absque hoc quod in predicta Gilda recipiantur. Dicit etiam quod ipse est Burgensis Stafford', et quod omnes Burgenses Staff' habent omnes libertates et liberas consuetudines quas aliquis liber Burgus Anglie habet, salua in omnibus libertate Ciuitatis Lond', ex concessione Johannis Regis aui Regis nunc et per cartam ipsius Regis, quam profert et que hoc testatur. Dicit insuper quod licet pertineat ad predictam Gildam quod mercatores venientes in predicto Burgo de Nouo Castro non possint pannos suos scindere, nec per vlnas vendere, nec lanam, nisi per magnum pondus et saccos et non per paruum pondus et per vellera, nisi sint de predicta Gilda; tamen ipse et alii Burgenses Stafford' racione libertatum et liberarum consuetudinum, quas habent per predictam Cartam, que impetrata fuit

A.D. 1206. primo die Maii anno regis Johannis predicti septimo, semper post confeccionem eiusdem Carte licite et libere pannos suos in pre-

dicto Burgo de Nouo Castro sciderunt et per vlnas vendiderunt lanamque per vellera et per paruum pondus, absque hoc quod in predicta Gilda recepte fuissent, quousque iam vno anno elapso, quando impediti fuerunt per predictos Thomam et alios capiendo catalla predicti Willielmi et aliorum. NEWCASTLE-
UNDER-LYME.

Et Thomas et alii dicunt quod predictus Willielmus et ceteri Burgenses Stafford' nuncquam post impetracionem predictae Carte Henrici Regis, videlicet, xviii^o. die Septembris anno regni sui A.D. 1235. decimonono, pannos suos in predicto Burgo de Nouo Castro sciderunt, per vlnas vendiderunt, nec lanam per vellera, nec shoppam tenuerunt, nisi prius in Gilda predicta recepti fuissent, immo semper postea inde impediti fuerunt. Et quod ita sit, petunt quod inquiratur per patriam. Et Willielmus similiter. Ideo preceptum est Vicecomitibus quod venire faciant hic in Crastino Purificacionis beate Marie XII., etc. per quos, etc. Et qui nec, etc. ad recognitionem in forma predicta. Quia tam, etc. Postea a die sancte Trinitatis in xv. dies anno viii^o.¹ venerunt Juratores, A.D. 1280. qui dicunt super sacramentum suum quod predictus Willielmus et ceteri Burgenses Stafford' semper consueuerunt pannos suos in predicta villa scindere, per vlnas vendere, et similiter lanam per vellera emere et vendere, et shoppam tenere, absque hoc quod essent recepti in predicta Gilda, donec impediti fuerunt iam septem annis elapsis. Et ideo consideratum est quod predictus Willielmus recuperet predicta catalla. Et similiter dampna sua, que taxantur ad quadraginta solidos. Et Thomas et alii in misericordia.—(*Plac. de Banco*, Mich., 8-9 Edw. I, mem. 30.)

On the same membrane is another plea, brought by Thomas Gerbod' of Stafford against Henry 'le Barbur' of Newcastle-under-Lyme and 27 others for seizing 'duas vlnas de Russeto et duo vellera lane.' The pleading is very similar to that of the case preceding. Judgment was given in favour of the plaintiff, who was to receive back his goods and 60 shillings damages, while Henry and the others were fined.

In 14 Edward I Simon Breton and other burgesses of Stafford A.D. 1286. were summoned for detaining the chattels of William, son of

¹ MS. 'XIII.'

NEWCASTLE
UNDER-LYME.

Thomas Swanild' of Newcastle-under-Lyme. The former pleaded:—'quod ipsi sunt Burgenses ville Stafford', et quod Dominus Johannes Rex auus Domini Regis nunc concessit et carta sua confirmavit Burgensibus suis Stafford' quod ville de Stafford sit liber Burgus imperpetuum. Et quod Burgenses illi habeant Burgum illum cum Soca, etc. et omnibus aliis libertatibus et liberis consuetudinibus quas ipsi antiquitus habere consueuerunt; et proferunt Cartam domini Henrici Regis patris' domini Regis nunc, que predictam donacionem et concessionem confirmat. Vnde dicunt quod ipsi semper a tempore quo non exstat memoria vsi sunt quod nullus extraneus qui non sit de libertate predicte ville possit aliquam lanam in predicta villa vendere per vellera. Et quia predictus Willielmus, qui non est de predicta libertate, vellet predictam lanam in forma predicta vendere per vellera, distrinxerunt ipsi predictum Willielmum per predicta vellera, et iuste, etc.' William, on the other hand, claimed that Henry III made Newcastle a free borough, and granted to the burgesses a Gild Merchant and quittance of toll throughout England. Judgment was rendered in favour of the burgesses of Stafford, because the above monopoly had been exercised by them 'a tempore a quo non exstat memoria,' and because their charter was older than that of the burgesses of Newcastle,—'Nec concessio domini Henrici Regis facta predictis Burgensibus Noui Castri, que est posterior, derogare non potest concessione domini Johannis Regis anteriori.'—(*Plac. de Banco*, Mich., 14 Edw. I, mem. 144.)

NEWCASTLE-UPON-TYNE.

Among the old laws and customs (probably granted to the burgesses of Newcastle by Henry I) are the following:—'Merchandise que per mare burgo adportantur ad terram portari debent, preter salem et allecia, que in nave debent vendi.'—'Nullus forinsecus debet emere pannum ad tingendum, nisi sit de consuetudine burgi.'—'Item mercatori forinseco non licet emere, nec in foro nec apud rus, nec lanam, nec coria, nec cetera.'—'Nullus

forinsecus potest scindere piscem ad vendendum.'—(*Brand, Newcastle-upon-Tyne*, ii. 130.)¹

NEWCASTLE-
UPON-TYNE.

In the year 17 John the burgesses received a royal charter **A.D. 1216.** conferring upon them various liberties: 'Concessimus etiam eis gildam mercatoriam, et quod nullus eorum qui fuerit infra gildam mercatoriam placitet extra muros burgi Novi Castri de ullo placito preter placita de tenuris exterioribus. Concessimus etiam eis quod nullus eorum faciat duellum; et quod de placitis ad coronam nostram pertinentibus se possint disracionare secundum antiquam consuetudinem civitatis Winton'; et quod omnes burgenses predicti burgi et heredes eorum de gilda mercatoria quieti sint de theloneo, lestagio, pontagio et passagio tam in feria quam extra, et per omnes portus maris omnium terrarum nostrarum tam citra mare quam ultra; et quod nullus de misericordia pecunie judicetur nisi secundum antiquam legem ejusdem civitatis Winton', quam habuerunt temporibus antecessorum nostrorum; et quod terras suas et tenuras et vadimonia et omnia debita sua juste habeant, quicunque ea eis debeat; et de terris suis et tenuris que infra burgum predictum sunt rectum eis teneatur secundum consuetudinem civitatis Wint'; et de omnibus debitis suis que acommodata fuerint apud Nouum Castrum super Týnam, et vadimoniis ibidem factis, placita ibidem teneantur. Si quis autem in tota terra nostra theoloneum vel consuetudinem ab hominibus Novi Castri super Týnam de gilda mercatoria ceperit, postquam ipse a recto defecerit, vicecomes Northumb' vel prepositus Novi Castri namium apud Novum Castrum inde capiat. Concessimus etiam ad emendacionem ejusdem burgi quod omnes sint quieti de yeresgyeve et de scotallis ita quod,' etc.²—(*Rot. Chart.*, 219.)

A charter of 42 Elizabeth prohibits foreigners or strangers from selling anything within the town to any foreign merchant, except victuals, unless it be at markets or fairs.—(*Munic. Corp. Com.* 1835, p. 1636.)

¹ For a different version of these laws, see Acta Parl. Scot., i. 33-34 and Stubbs, Select Charters, 106-108.

² Confirmed in 1318 and 1357,—Record Office, Charter Roll 31 Edw. III, mem. 4.

NEWCASTLE-
UPON-TYNE.

'Northumbria. Johannes de Shefeld venit coram Baronibus, et protulit quoddam scriptum, quod testatur quod Willelmus Sadeler, Willelmus de Dalton, Ricardus de Londonia, Thomas le Leycester, Ivo Pistor, Thomas Laurence, Ricardus de Fennom, Ricardus de Egremond, Willelmus Smaley, Walterus filius Ricardi, Thomas filius Ricardi, Adam Guntor et Johannes de Roma, communis attornatus praedictorum Willelmi et Sociorum suorum praedictorum ac caeterorum pauperum Burgensium Villae Novi Castri super Tinam, ad hoc per breve Regis admissus, cognoverunt eis satisfecisse per dictum Johannem de Shefeld, tempore quo fuit Vicecomes Northumbriae, de xl. l., quae eos contingebant de quinquaginta libris pauperibus Burgensibus dictae Villae Novi Castri coram Baronibus de Scaccario, versus Nicholaum de Carliolo et caeteros Burgenses de gilda mercatoria Villae praedictae, nomine dampnorum nuper adjudicatis; et decem libras residuas praedictae summae l. l., dictus Johannes de Shefeld reddet Clericis de Scaccario, etc.; cujus data est apud Novum Castrum super Tinam, xvii^o die Januarii anno regni Domini

A.D. 1307. Edwardi Patris Regis nunc tricesimo quinto.' Placita coram Baronibus, 2 Edward II.—(*Madox, Firma Burgi*, 96.)

Patent 16 Edward III.—'Inspeximus quasdam litteras, per communitatem ville nostre de Novo Castro super Tynam nuper confectas et sigillo communi ejusdem ville signatas, in hec verba: Hoc instrumentum testatur quod die Veneris proximo ante festum Sancti Valentini episcopi anno regni Regis Edwardi tertii a con-

A.D. 1342. questu sexto decimo, convocata communitate ville Novi Castri super Tynam apud hospitale beate Marie Virginis in le Westgate in plena gilda ejusdem ville tunc ibidem tenta pro bono pacis, dilectionis et unitatis confovendo et habendo, et pro lege firmius conservanda et manutenenda, et ad utilitatem et melioracionem ville predictae, de communi assensu et voluntate tocuis communitatis predictae assensum est et ordinatum quod de cetero in antea articuli subscripti in predicta villa firmiter teneantur, utantur et conserventur. . . .

Item quod omnes burgenses ville predictae tam pauperes quam divites, cujuscunque conditionis existant, de omnibus navibus tam

forinsecis quam intrinsecis portum ville predicte ingredientibus, NEWCASTLE-
UPON-TYNE.
quibuscunque mercandis venalibus oneratis, possint libere emere quod eis necesse fuerit. Et si quis dictas mercandisas emat in grossum de mercatoribus predictis, quod quilibet burgensis dicte ville, si voluerit, habeat de emptore illo partem mercandisarum illarum, prout sibi necesse fuerit pro sustentatione sua et familie sue, ad idem precium pro quo dictus emptor de dicto mercatore dictas mercandisas prius emerit, solvendo et satisfaciendo dicto emptori precium partis sue quam emerit infra bordam navis. Et quod per dictos mercatores nichil vendatur de mercandis illis antequam planckum navi apponatur, sub poena forisfacture mercandisarum,' etc.—(*Brand*, ii. 155-156.)

In the year 1343 the Gild Merchant complained that the other burgesses of the town were permitted to purchase merchandise out of the ships in the port, which was an infringement of its immunities.—(*Mackenzie, Newc.*, ii. 664; *Brand*, ii. 220.)

May 28th, 21 Henry VII, the king granted a licence to the A.D. 1506.
governors and community of the Merchant Gild of Newcastle, empowering them to buy wool and woolfels of the growth of Northumbria, Cumberland, Westmoreland, Durham, Allerton and Richmond, and to ship them to foreign parts. The grant begins thus :—' Rex omnibus ad quos, etc. salutem. Sciatis quod nos, ex parte dilectorum nobis Gubernatorum Gilde mercatorie Ville Novi Castri super Tynam, graviter nobis conquerentium, accepimus quod cum lane et pelles lanute . . . Nos statum ipsorum Gubernatorum ac totius Communitatis Mercatorum Gilde predicte pie compacientes,' etc.—(*Madox, Collections, Addit. MS.*, Mus. Brit., 4530, ff. 145-154.)

In a petition of the governor, wardens, assistants and fellowship of merchant adventurers of Newcastle-upon-Tyne to parliament, 1644, they set forth, 'that they have beene an antient company of merchants ever since King John's tyme; and have been confirmed by several grants of his majesty's royal predecessors a distinct corporation of themselves;' and 'that the merchants of Newcastle are an antient guild of merchants ever since

NEWCASTLE- the 17th yeare of King John, which is a year before the grant to
UPON-TYNE. the merchants of London¹.—(*Brand*, ii. 219.)

A.D. 1564. 'Feb. 28, anno Eliz. 6. Ordered that the merchants' dinner, or feast of late called the Trinity Brotherhood, shall be erected and heynd this present year to come, and so forth to continue until farther orders be taken. The names of those persons appointed for the order of the same feast and for estimating thereof, viz., Mr. Bailiffs Wm. Garton, Anthony Loveday, Ralph Woolhouse.'

'March 18, anno 6 Eliz. Imprimis, Every brother to pay for

¹ Manship, who was Town Clerk of Yarmouth from 1579 to 1585, completed his book in 1619,—*Manship, Hist. of Yarm.*, pp. ii-iv.

hym and hys wyffe, whether they come or not, 2s. 8d. Every brother and syster extraordinary, 1s. If they wyl be bretherne, to pay bretherne lyke. The order of the drynkyn and dynner in the evening prayer, viz. spyce cake, good bere and ale. Sunday Dynner.—The furste course: frometye, rost byffe, grene gese, weale. The second course: capon, pyggys, lambe, costard. Sunday Soper: Good brothe with boyled mete, rostyd mutton, capon, lambe, tarte. Monday Dynner: Frometye, rostyd byffe, grene gese, lamb. Note, that six persons to every mese, two grene gese to every mese, and a capon to a mese. The person appointed to heyn the feast refusing, to pay 10*l.* to his successor to buy things necessary¹.—(*Swinden*, 53-54.)

YARMOUTH,
GREAT.

In 1556, the corporation resolved that the money owing to the Trinity Gild be taken to the use of the town wall, and in 1562, the mace appertaining to the Trinity Gild was given to the water bailiff, he paying two shillings yearly to the church. In 1574, it was resolved that the money heretofore usually paid to the alderman of the Trinity Gild by the members of the corporate body, on being sworn in, should thenceforth be paid to the chamberlains.—(*Manship*, 245.)

YORK.

‘Thomas de Everwic filius Ulvieti debet i fugatorem, ut sit Aldermannus in Gilda Mercatorum de Everwic.’—(*Magnum Rot. Pipae*, 31 Hen. I, p. 34.)

‘Johannes Dei gratia, etc. Sciatis nos concessisse civibus nostris de Eboraco omnes libertates et leges et consuetudines suas, et nominatim gildam suam mercariam et hansas suas in Anglia et Normannia, et lestagia sua per totam costam maris quieta, sicut ea unquam melius et liberius habuerunt tempore Regis Henrici avi patris nostri. Et volumus et firmiter precipimus quod predictas libertates et consuetudines habeant et teneant cum omnibus libertatibus predicte gilde sue et hansis suis pertinentibus, ita bene et in pace, libere et quiete sicut unquam melius, liberius et quietius habuerunt et tenuerunt tempore predicti Regis Henrici avi patris

A.D. 1200.

¹ Cf. *Manship*, 54-55.

YORK. nostri, sicut carta ejusdem patris nostri¹ et carta Regis Ricardi fratris nostri rationabiliter testantur. Preterea sciatis nos concessisse et presenti carta confirmasse omnibus civibus nostris Ebor' quietantiam cujuslibet theloney et lestagii et de wrec et pontagii et passagii et de trespas et de omnibus coscinis [i.e. costumis] per totam Angliam et Normanniam et Aquitanniam et Andegaviam et Pictaviam, et per omnes portus et costas maris Anglie et Normannie et Aquitannie et Andegavie et Pictavie. Quare volumus anno regni nostri primo.'—(*Rot. Chart.*, 40.) This was

A.D. 1252. confirmed by a charter of 36 Henry III.—(*Drake, Eboracum*, 204.)

A.D. 1581. 'Regina Omnibus ad quos, etc. salutem. Cum Prenobilis Progenitor noster henricus, nuper Rex Anglie, sextus per litteras suas patentes, gerentes datam apud Westmonasterium duodecimo die

A.D. 1430. Julii anno regni sui octavo, dederit et concesserit hominibus misterum Marceriorum² Ciuitatis nostre Ebor' quod ipsi deinceps essent et forent vna et perpetua communitas, et quod eadem communitas eligere posset in die Annunciacionis beate Marie quolibet anno de seipsis vnum Gubernatorem ac duos Custodes ad superuidendum, regendum et gubernandum misteram et communitatem predictam;—Cumque iam credibiliter informamur quod Mercatores Ciuitatis nostre Ebor' multa et grandia detrimenta indies sustinuerint super mare per magnum numerum piratarum, ac quamplurima alia dampna et detrimenta per Bankruptes, iidemque Mercatores [. . .], ex quo pons eorum de Owse cedit tam racione rudcorum³ dicti pontis adhuc in aqua de Owse existen[cium] et remanen[cium] quam diuersorum naufragiorum in alto mare et in predicta aqua, per que mercatores Ciuitatis predicte multifaria dampna sustinuerunt multaque maiora sumptus et onera facere et perferre cogantur in deferendo bona et mercandisas eorum vsque Ciuitatem predictam quam preantea soliti sunt;—Ac eciam pro eo quod iidem mercatores artibus et opificibus manuariis destituti sunt, Ita quod

¹ Cf. *Munic. Corp. Com.* 1835, p. 1737.

² In this grant of 8 Henry VI the Company is only called 'Mercers' ('mistera mercerie,' 'communitas mercerorum,' etc.), and not, as later, 'Merchant Adventurers,'—Record Office, Patent Roll 8 Hen. VI, pars 2, mem. 30.

³ I.e. 'runderum.'

cum semel in pauperitatem inciderint, sibi ipsis auxiliari et inde emergere nullo modo possunt, sed ex charitate et eleemosinis locupleciorum virorum eiusdem societatis viuunt, qui similiter onerantur magno numero pauperum in hospitale suo sancte et indiuidue Trinitatis Ciuitatis predicte morancium, in eorum magnos sumptus et custagia ;—Necnon pro eo quod maxima pars mercatorum in dicta Ciuitate commorancium, qui pro arte illa deseruierunt, in magnam pauperitatem et decasum ducantur, ratione quod alii qui pro arte illa nunquam deseruiebant se intrudunt et intromittunt in mercandisis tradendis in Ciuitate illa absque aliqua gubernacione siue correccione, non habentes inde aliquam egestatem sed solum ad eorum auidam cupiditatem satisfaciendam, ad extremum decasum mercatorum et ad magnum nocumentum et abreuiamentum custume nostre, que antehac soluta fuit per multos diuites mercatores eiusdem Ciuitatis, qui modo ratione intrusionis predicte non sunt habiles in mercandisis tractandis, sicut preantea solebant, contra formam legum et statutorum huius regni nostri, vt credibiliter informamur.’

The Queen in consideration of all these evils allows them to elect yearly ‘vnum Gubernatorem et octodecem assistentes ad superuidentium, gubernandum et regendum omnes mercerios et mercatores Ciuitatis predicte imperpetuum’ ; to constitute a corporation ‘per nomen Gubernatoris, assistencium et societatis mercatorum aduenturarum Ciuitatis Ebor’ ; to have perpetual succession and a common seal; to plead and to be impleaded; to hold lands and chattels not exceeding the clear annual value of £40. They are to assemble yearly on the 26th of March to choose a Governor,— ‘nominare tres de magis idoneis personis existentibus liberis de mercatoribus aduentur’ Anglie ac de societate predicta, de quibus ipsi eligent vnum per suffragium eiusdem societatis aut maioris partis eiusdem.’ If the Governor dies while holding office, a successor is to be chosen to serve the remainder of the term. The Company shall also elect a Deputy Governor and the eighteen Assistants, the latter to remain in office until removed by a majority of the said Company. They may receive into the Fraternity all persons whom they consider proper and who have served an apprenticeship

YORK. of seven years or have exercised merchandise ten years. The Company is granted power to try all suits arising among its members, or between the latter and others; to make reasonable acts, constitutions, laws and ordinances for the good government of the Society and of all exercising the art or mystery of merchants or mercery ('*arte siue mistera mercatorum siue merceriorum*') within the city and suburbs, and to alter the same at their discretion, provided they are in accord with the royal prerogative and the laws of the land; to enforce these acts and ordinances by fine and imprisonment against all members of the Fraternity and against '*quamcumque aliam personam siue quascumque alias personas intromittentem siue intromittentes cum exercicio et vsu, aut que imposterum intromittent vel intromittet cum exercicio vel vsu, mercature*¹, aut que exhibebunt aut vendicioni exponent, aut permittent in eius vel eorum domo vel domibus exhiberi vel vendicioni exponi, aliquas merces, bona siue mercandisas crescentes, factas siue importatas a partibus trans mare, piscibus et sali tantummodo exceptis, infra Ciuitatem nostram Ebor' vel libertatem et suburbium eiusdem'; all the fines thus levied to be for their sole use.

'Et vltorius de vberiori gracia nostra pro nobis, heredibus et successoribus nostris volumus ac per presentes firmiter iniungimus² et mandamus tam omnibus et singulis persone et personis nunc existentibus vel imposterum futuris membrum siue membra predictae societatis siue corporis corporati, ac omnibus et singulis aliis persone et personis intromittentibus cum exercicio siue vsu, aut que imposterum intromittent cum exercicio siue vsu, mercature aliquibus viis vel modis infra eandem Ciuitatem Ebor' et suburbium eiusdem, quod ipsi et eorum quilibet submittent seipsos et in omnibus erunt obedientes predicto Gubernatori siue Deputato ac Assistentibus predictis et eorum successoribus et eorum cuilibet, ac omnes predictos actus, ordines, regulas, leges, ordinationes imposterum fiendos et habendos, vt predicatur, absque defleccione, renunciacione siue inobediencia potestatis vel auctoritatis eorundem Gubernatoris vel deputati et Assistentium, et absque aliqua vltiore appellacione siue prouocacione quacumque. Ac eciam

¹ MS. 'mercator.'

² MS. 'injungend.'

quod Maior, Vicecomites, Justiciarii, Balliui et alii Officiarii et ^{YORK.} Ministri Ciuitatis nostre Ebor', et eorum quilibet, pro tempore existentes, de tempore in tempus imperpetuum supportabunt predictos Gubernatorem siue Deputatum et Assistentes societatis predictae pro tempore existentes, ac eius et eorum successores, Necnon Ministros et Officiarios eorum et eorum quemlibet in debita executione predictorum legum, actuum et ordinacionum, et in punicione offendencium et transgrediencium eas per penas et penalitates limitatas et appunctuatas siue limitandas et appunctuandas in eisdem legibus, actibus et ordinacionibus factis per predictos Gubernatorem, assistentes et societatem siue maiorem partem eorum. Et si predictus Gubernator aut Deputatus vel eius aut eorum successores pro tempore existentes cum assensu predictorum Assistencium siue maioris partis eorum committent vel mittent aliquem de societate vel corporacione predicta vel quemcumque alium subditum nostrum, heredum vel successorum nostrorum, non existentem de eadem societate, alicui custodi Gaole siue prisone pro fraccione vel perpetracione contra aliquem predictorum actuum, ordinacionum siue legum factorum aut imposterum fiendorum,—Tunc volumus et firmiter precipimus ac pro nobis, heredibus et successoribus nostris per presentes concedimus quod quocienscumque de tempore in tempus Gardianus siue Custos Gaole siue prisone, aut Gardiani vel Custodes Gaolarum siue prisonarum, recipierint in eius vel eorum prisonas aliquam talem personam vel tales personas sic offendentes que ei vel eis misse vel commisse fuerint, et ibidem saluo custodient huiusmodi personam et personas sic commissas ad proprium sumptum et custagium eiusdem persone siue earundem personarum sic commissarum vel committendarum, absque ballio siue manucapcione, quousque dictus offendens vel offendentes exonerati fuerint de imprisonmento predicto per predictos Gubernatorem siue Deputatum et assistentes vel maiorem partem eorum aut per successores suos ; ac quod nos aut heredes vel successores nostri aliquo modo non exonerabimus aut delibebimus extra custodiam siue prisonam super plegio, ballio, manucapcione aut aliter aliquem sic offendentem siue aliquos sic offendentes absque concensu predictorum Gubernatoris vel deputati et

YORK. Assistencium vel maioris partis eorum pro tempore existencium aut successorum suorum quos[c]umque, donec ipsi sic imprisonati et eorum quilibet sic imprisonatorum obediuerint et perimpleuerint ac obediuerit et perimpleuerit omnia iuxta dictos actus, statuta et ordinationes factos aut imposterum fiendos, vt predictum est, ac eciam soluerint et soluerit talem finem et tales fines ac huiusmodi penaltates, forisfacturas et amerciamenta que eis vel eorum alicui adiudicabuntur soluere per predictos Gubernatorem aut deputatum et Assistentes et eorum successores pro tempore existentes vel maiorem partem eorum assistencium pro aliquibus huiusmodi suis transgressionibus, abusibus et offensis commissis siue committendis, sicut predictum est, contra aliquem Actum, statutum, regulam vel ordinationem factum aut imposterum fiendum, concernentem artem siue occupationem mercature ; et quod bene liceat et licebit prefatis Gubernatori siue Deputato, Assistentibus et communitati societatis predicte et eorum successoribus pro tempore existentibus aut maiori parti eorum amouere, eiicere et expellere a societate predicta omnes et omnimodas huiusmodi personam et personas que commisserint aut perpetraverint aliquam magnam transgressionem, abusum, offensam vel contemptum versus aliquem predictum actum, leges, statuta et ordinationes factos vel faciendos, vt predictum est, in ea parte.

Ac eciam concessimus ac pro nobis, heredibus et successoribus nostris per presentes concedimus prefatis Gubernatori, assistentibus et societati mercatorum aduenturarum Ciuitatis Ebor' predicte et eorum successoribus pro tempore existentibus vel maiori parti eorundem quod ipsi habeant et habebunt plenam potestatem et legitimam auctoritatem de tempore in tempus omnibus temporibus imposterum imperpetuum assignandi, constituendi, faciendi et ordinandi duos, tres aut plures scrutatores eiusdem societatis, qui omnibus temporibus imposterum de tempore in tempus, ad eorum beneplacitum et quandocumque eis visum fuerit idoneum et conueniens, inquirent et scrutari facient tam de omnibus et singulis personis de societate siue corporacione predicta existentibus quam de quibuscumque aliis subditis nostris, heredum et successorum nostrorum infra Ciuitatem nostram Ebor' aut suburbium eiusdem

qui nunc exercent vel imposterum exercebunt mercaturam aliquibus viis siue mediis, tam propter illicita pondera, mensuras et vlnas, quam eciam propter illicitas et fraudulentas merces et mercandisas; et quod predicti Gubernator vel deputatus et assistentes pro tempore existentes vel maior pars eorundem compellere possint aliquam personam siue aliquas personas existentes de societate predicta aut aliquem alium subditum nostrum ac heredum et successorum nostrorum in hac parte offendentem reparare et emendare eandem offensam, et pro delicto¹ commisso amerciare, mulctare vel imprisonare iuxta discrecionem dictorum Gubernatoris vel deputati et assistencium pro tempore existencium aut maioris partis eorum, modo et forma predictis.’

Furthermore, they may appoint an officer or officers to collect all amerциaments for offences thus committed and, in default of payment, may arrest any person or seize his goods and chattels. All are admonished to uphold the Society in the exercise of these concessions. Those who do this will merit the Queen’s favour, while those who do otherwise will incur her anger.—(*Record Office*, A.D. 1581. *Patent Roll* 23 Eliz. pars 4, mem. 20–22.)

This Company of Merchant Adventurers is still in existence².

YOUGHAL.

‘Rex omnibus ad quos, etc. salutem. Cum lane et flocci regni nostri Hibernie antehac non fuerunt conuersi et operati in pannum et alias manufacturas, sicut lane et flocci huius regni nostri Anglie sunt et fuerunt, nec populi illius Regni nostri Hibernie negociati fuerunt, anglice *have bene sett on Worke*, in conuersione et manufactura eorundem, sed lane et flocci illi antehac tempora fuerunt transportati et exportati in partes exteras et alienas in exteris et alienis nauibus et vasibus, ad graue preiudicium vendicionis et vtteracionis pannorum et manufacturarum Regnorum nostrorum Anglie et Hibernie et in magnam depauperacionem subditorum nostrorum regni nostri Hibernie, qui seipsos in et circa operacionem

¹ MS. ‘dil’co.’

² Cf. *Munic. Corp. Com.* 1835, pp. 1761–1762; *Rep. MSS. Com.* 1870, p. 110.

YOUGHAL. predictorum lanarum et floccorum exercere valeant et desiderant; Cumque lane dicti regni nostri Hibernie antehac tempora non fuerunt bene ordinate seu digeste nec secundum morem stapule operate et pro vesturis aptate, ex quo quodlibet genus lane conuersum foret in pannum abinde aptum et idoneum, sed fuerunt promiscue et indiuisim conuerse in diuersa genera manufacturarum, anglice vocatarum *Cadowes, Blancketts, ffrizes and course Rugges*, et in alias manufacturas parui valoris, ad permagnum et generale dampnum subditorum nostrorum ac deperditur[am] nostri in Customis et Subsidiis nostris,—Nos remedium congruum et reformationem in premissis prouidentes et consulentes et ad intencionem quod lane illius regni nostri Hibernie fore possint stapulate, ordinate, digeste, diuise et idonee facte pro omnibus generibus panni et aliarum manufacturarum secundum bonitatem et qualitatem cuiuslibet generis et qualitatem earundem lanarum, Quodque eodem lane valeant et possint esse sic stapulate, ordinate et diuise, vt meliori modo quo poterit forent operate, facte et conuerse in pannum et alias manufacturas infra predictum regnum nostrum Hibernie; ac pro meliori animacione subditorum nostrorum eiusdem regni nostri Hibernie ad nutriendum et fouendum quamplurimos oues diuersorum generum ac ad replendum et depascendum terras, agros et vasta sua idonea cum eisdem; Necnon pro meliori et ciciori vendicione ac vendicioni expositione lanarum suarum ad bona et resonabilia precia ac pro incremento nauigacionis et nautorum infra dictum regnum nostrum Hibernie in et circa premissa,—Nobis bonum visum fuit et videtur dare, concedere et dignari Mercatoribus Stapule et Successoribus suis imposterum futur[is] ville nostre de Youghall' in Prouincia Momonie infra regnum nostrum Hibernie inferius specificatis plenam, integram et liberam licenciam, potestatem et authoritatem exportandi et abcarandi extra predictam villam de Youghall' omnia genera lanarum, floccorum lanarum, et pellium ouium et agnorum mortuorum, anglice *Mortkynes*, fili lanei, pellium lanatorum et aliorum pellium, anglice vocatorum *Sherlinges, pelts & lamskyns*, et importandi, deponendi et exonerandi eadem ad eorum libitum ad Ciuitates et oppida inferius nominata tantummodo infra hoc regnum

nostrum Anglie. Et vt regalis nostra intencio in premissis pro YOUGHAL.
 bono et vtilitate dilectorum subditorum nostrorum vtrorumque
 dictorum regnorum nostrorum cicius, melius et efficacius perfici
 et effici possit,—Sciatis quod nos de gracia nostra speciali ac
 ex certa sciencia et mero motu nostris pro nobis heredibus et suc-
 cessoribus nostris volumus, ordinamus et per presentes pro nobis,
 heredibus et successoribus nostris concedimus quod Nicholaus
 Galwan', Walterus Vnet, Willielmus llewelline, Lionellus Cranfeild
 Miles, Johannes Poyntes Miles, Ricardus Weston' Miles, Thomas
 Lake, Arthurus Lake, Nicholaus ffortescue, Ricardus Wright,
 Ricardus Galthorpe, Arthurus Kynnaston', Georgius Mole, Johannes
 Avery, Jacobus Coppinger, Thomas Ronayne, Edwardus Coppinger,
 Willielmus Noagle, Christmas Hertford', Johannes Rowley, Ma-
 theus floyer, Thomas Houldshipp, Johannes Gorman', Nicholaus
 Miiaghe, Pieres Miiaghe et Lancelotus Dalston', sint vna societas,
 communitas et corpus incorporatum de se [in] re et nomine ;
 habeantque successionem perpetuam perpetuis futuris temporibus
 duraturam. Ac sint et erunt in re, facto et nomine vnum corpus
 incorporatum per se imperpetuum per nomen Maioris, Consta-
 bulariorum et Societatis Mercatorum Stapule ville de Youghall'
 in Prouincia nostra Momonie.'

Furthermore, the Society may annually elect a Mayor and two Constables of the Staple, who shall have the same powers as the Mayor and Constables of the Society of the Merchants of the Staple of England. They have power to plead and be impleaded in courts of law ; to admit new members into the Society ; to appoint and remove all officers of the Staple ; to make all reasonable ordinances necessary for their good government, in like manner as the Merchants of the Staple of England ; to freely deal in all kinds of wool, wool-fells, woolen thread, woolen flocks, sheepskins, 'mortkyns' and other skins known in English as 'sherlings, pelts and lambskyns' produced in Ireland, and to ship the same to London, Bristol, Chester, Barnstaple, Liverpool and Milthropp, paying on the same various customs, which are specified ; to sell the said goods in the said towns and in all other places assigned for the staple of wool, notwithstanding the Statutes of 13 Henry

YOUGHAL. VIII. c. 22, 8 Henry VIII. c. 18, 11 Eliz. c. 10, 13 Eliz. c. 1, 13
 — Eliz. c. 4, or any other Statutes; to have charge of the King's
 beam for the weighing of the above-mentioned merchandize; to
 have all the laws and franchises enjoyed by the Society of the Mer-
 chants of the Staple of England; and to hold lands and tenements
 A.D. 1617. not exceeding the clear annual value of £20.—(*Record Office,*
Patent Roll 15 Jac. I, pars 10, No. 16.)¹

¹ Cf. Caulfield, Council Book of Youghal, p. xxxii.

Supplementary Proofs and Illustrations.



ANDOVER¹.

‘Morespeche² in Vigilia epiphanie Anno regni regis Edwardi [I] septimo. ANDOVER.
—
A.D. 1279.

Stephanus Nuteflod petit societatem Gildanorum; habeat et faciat, etc.; et intrauit per lx.s.

Gilebertus miles petit quod possit habere Gildam Aubree filii Galfridi Garlik, quam proponit aue[rar]e; in misericordia; habeat, etc.

Radulphus Erchebaud in misericordia pro Johanne Messeger; Quietus. vadiet coram sen[escallis] ii. solidos, et accipient vi. *d.*

Johannes Horn petit vnam Gildam que fuit Willielmi Horn, aui sui, quam dedit Willielmo Scrapin, Auunculo suo, ad vitam suam et non ulterius; Petrus Scrapin ponit se super rotulum de illa Gilda; dicunt quod Petrus habet Jus ad illam Gildam per filium Willielmi, fratris sui.

Alexander Riche petit dare Margerie, cognate sue, Gildam que fuit Johannis de chelbacun'; habeat, etc.

Walterus Red petit locum in foro qui fuit Walteri, patris sui, quem locum Willielmus Goldston ei deforciat; habeat, sicut pater eius.

¹ King John's grant of the Gild to Andover (see above, p. 3) was confirmed by many of his successors,—Munic. Corp. Com. 1835, p. 1081.

² This membrane measures 16½ by 6½ inches. Though the writing is well preserved, it is difficult to decipher some of the words. To this and the other Andover Gild Rolls from which I give extracts below, the following general remarks will apply:—They are all parchments. Both sides are written upon, and all are well preserved, unless otherwise stated in the foot-notes. In the entries ‘de placito transgressionis,’ the nature of the offence is rarely recorded. All the Gild records, except the Maneloquium books, are catalogued in the Andover archives as No. 31, ‘A large number of miscellaneous documents and papers.’

ANDOVER.

De Willielmo Winter quomodo recedet et qualem gratiam habebit; dicunt quod hucusque tenuerunt eum pro libero, et tenebunt donec aliud fiat de illis.

Idem de Henrico Haunuil'. Idem de ceteris.

Thomas Spircoc per preces Gildanorum admittit senescalliam¹.

Potatio fiet die dominica post hokeday.

Idem² considerant quod sen[escalli] et iiii^{or}. Gildani intererunt ad coligendum debitum quod continetur in veteri rotulo, et quod habeant predictos denarios ad proximam potationem.

A.D. 1279.

Morespeche die ueneris ante Festum apostolorum Philippi et Jacobi Anno regni regis [Edw. I] septimo.

Auicia filia Alani petit Gildam que fuit Alani sutoris, patris sui. Dicunt quod bene sciunt qui heres est; et est in respectum usque proximam morespeche.

Walterus longus petit Gildam que fuit Acelote, sororis sue; habeat et faciat quod pertinet ad illam Gildam. Item, considerant [quod] idem Walterus soluet ariragia de Gilda quam dedit filie sue tanquam plegius. Walterus renunciat Gildam.

Petrus Golding petit dare vnam Gildam Ricardo Oswald, illam Gildam que fuit Auicie filie Kel'; habeat et faciet que pertinent ad Gildam, et eciam sacramentum, quod non recipit; et inueniet plegios.

Memorandum, quod carnifices occasionentur, eo quod diuidunt carnes suas super diuersis Scabellis, unde probi homines conquerruntur. Dicunt quod quamuis plures emunt animalia plura uel vnum animal, uendatur super unum stallum et non super plures stallos, sub pena xii. *d.*

Item, de piscariis considerant quod nullum habeant extraneum participem, nisi sit de ista uilla, de re que sit vendita in ista uilla, sub pena xii. *d.*

De Thoma Fromund dicunt quod ipse et omnes alii qui sunt in libertate bene possunt emere de quibuscumque uolunt et munire venditores quod faciant consuetudinem.

Prouisum est quod nullus carpentarius emet meremium infra villam ad regratandum, sub pena amisionis meremii.

¹ Either this should read 'admittitur in senescalliam,' or 'admittit' stands for 'amittit.'

² I. e. 'Item.'

Supplementary Proofs and Illustrations. 291

Item, nullus regratarius emet Gallinas, oua, capones, ancas, pullos, carnes, pisces, donec probi homines de uilla et de patria emerunt; et si inueniantur hoc facere, capietur in manus balliuorum ante primam, nec sub similitate debent emere ad opus aliorum per fraudem.

ANDOVER.

Item, prouisum est quod nullus in libertate uel extra quod nullus ponderabit filacium nec lanam donec bursa veniat foras, sub pena vi. *d.*

Potatio fiet die dominica post ascencionem domini.

Johannes Soer' petit dare Gildam Johanni Picard; habeat et faciat que debet unus et alter; Picard dabit pro sacramento ii. solidos; soluit.

Petrus Red promittit vi. *d.*, vt possit habere locum suum quem Solide tenet, qui quidem itus fuit Thome Solide. Dicunt quod idem Solide ueniet et respondeat de quo tenet, si iuste in parte dei; sin autem, dictus Petrus habebit, si ius habet.— Idem Petrus soluit vi. *d.*, die veneris proxima post Festum sancte Lucie.

Magister Johannes petit dare Gildam que fuit Claricie Gos Willielmo, Fratri suo; habeat et faciet quod facere debet.

Alexander Riche petit Justiciam in gildam que fuit Roberti Cole, sicut heres suus, per unum Thomam, qui fuit filius Agmundi marescalli; habeat et faciat, saluo jure omnium.

Thomas Riche petit locum in foro qui fuit Thome Breghe, aui aui sui; habeat et gaudeat.

Johannes I[n]gulf distringatur pro Johanne Robin, et est in Quietus. misericordia; plegii uolunt quod distringatur, et soluat misericordiam vi. *d.*; soluit.

Proxima morespeche die martis post ascencionem ~~domini~~ A.D. 1279. M. CC. Anno regni regis Edwardi septimo.

Johannes de Wimeledon' petit dare vnam Gildam, etc., fratri Memorandum. suo; dicunt quod uolunt scire que Gilda est; et si poterit Juste Intrare, bene concedunt.

Quod Walterus de Werewelle resignauit Gildam suam Johanni Memorandum. Oswald, illam Gildam quam dedit cum Juliana Oswald, cognata sua, ad vitam predicte Juliane.

ANDOVER.

Valentinus petit dare Gildam, que fuit Sibille, filie sue ; ponitur in respectum usque ad proximam morespeche.

Ricardus Goudlac petit dare Gildam que fuit Roberti fratris sui Johanni fratri suo ; habeat et faciat quod facere debet.

Thomas Beupaÿn ponit se super Forwrdmannos quod non tenetur aliquid super Gildam quam tenet, pro qua interrogatus fuit soluere suum hans. Dicunt quod illud quod inuenitur in thesauro¹ non potest contradici nec debet, et si uult sequi et soluere que debet, habeat ; sin autem, capiatur in manus Gildanorum.

Margeria Gode petit gratiam Gildanorum, eo quod ignoranter experta est De Gilda quam Alexander ei dederat. Dicunt quod per licenciam Alexandri habeat Gildam Roberti Cole, que considerata est predicto Alexandro.

Nigellus Richensam petit dare vnam Gildam Petro filio Ade le Wite ; habeat, et faciant quod non dant, neque recipit.'

A.D. 1280.

'Proxima Morespeche² die veneris post festum purificationis anno regni regis Edwardi [I] octauo.

[Three more petitions concerning admission to the Gild.]

Querela.

Simon Sumer queritur super Johannem Brun et petit, etc. ; et habet diem ad probandum die veneris ad xv. dies, si poterit probare bene quid per tres Gildanos ; sin autem, Johannes faciet sicut curia considerabit.

Stephanus Wluel facit se essoniari per Walterum Chafin de communi sumonicione.

[Two petitions to transfer gilds, 'dare gildam.']

Querela Stephani Orpede super Stephanum Wluel.

[Two more entries similar to this follow.]

Ricardus Cor³ de Hungerford petit societatem Gildanorum ; habeat et faciat que facere debet ; pro quo Alexander soluit dimidiam marcam.

Johannes Ingulf in misericordia quia retraxit se versus Petrum Scrapin, de quo querelatur.

¹ MS. 'thesharo.'

² 13 by 7 inches ; slightly injured ; the meetings of 12 Edward [I] are recorded on the dorse.

³ ? Coi.

Supplementary Proofs and Illustrations. 293

Consideratum est per forwardmannos quod Thomas le Riche ANDOVER.
erit pincerna de domo superiori.

Item, monstratum fuit quod sutores istius uille et alii uenditores sotular' [the entry is not completed in the MS.].

Proxima Morespeche die veneris ante festum beate Lucie Vir- A.D. 1283.
ginis anno regni regis Edwardi [I] xii^o.

Willielmus Ingulf optulit se uersus Johannem le May apparen-
tem, et petunt prece parcium diem amoris, et habent.

[Two petitions concerning admission.]

Proxima Morgespech die veneris proxima post festum sancti A.D. 1284.
Gregorii anno Edwardi regis xii^o.

Johannes le May uersus Willielmum Ingulf de placito trans- Essoniatius.
gressionis, et habent diem usque ad proximam Morgespeche.

[Three entrance petitions.]

Concessum est per consideracionem gildanorum quod Magister
Adam Richemund quod habeat tota [vita sua] vinarium ad domum
sancti Johannis pro xii. denariis soluendis fratribus et sororibus
dicte [domus], si dicti fratres et sorores concenciant; habeat et
gaudeat et faciat iura domus.

Proxima Morspech die Mercurii proxima post festum Palmarum A.D. 1284.
anno Edwardi regis xii^o.

[Two entrance petitions.]

Prouisum est ex consideracione formannorum quod potacio fiet
die dominica proxima post Hokeday.

Memorandum, quod Alexander Riche habet in custodia sua de
denariis gildarum xiiii. s. ix. d.

Prouisum est quod omne maretum ponitur in seu[er]allo a festo
Pasche usque in festo sancti Petri qui dicitur ad uincola; et sunt
custodes Alexander Riche, Thomas Spircoc et Thomas le Riche.

Morspech die Martis proxima post invencionem sancte crucis A.D. 1284.
anno Edwardi regis xii^o.

[Five entrance petitions.]

'Morgespeche¹ Gildanorum de Andeuere die Veneris in festo

¹ Originally 13 by 8 inches; almost one half of the membrane is now wanting.

- ANDOVER.* Sancti Edmundi Episcopi anno regni regis Edwardi [I] vicesimo' is the last heading on a portion of a membrane which originally
- A.D. 1289-92.** contained the record of six meetings held in the years 17-20 Edward [I]. Most of the entries related to admissions to the Gild. Two ordinances were passed, but the membrane is so much mutilated that they cannot be deciphered.
-
- A.D. 1296.** 'Poruu¹ est, le Mekerdy en la veulle de la seynt Lucie en le An du Rengne le Rey Edward [I] vynt et sink, par les seneschaus e seus ke sunt en la Gilde Marchaute, ke nul homme ne deyt desoremes Gilde vendre ne doner vtre le tirs degre, e ceus pae-rent demy Mark a la Meysun ; e si le pere le done a son fys, il paera deus s^o3.
- A.D. 1297.** [There was a 'morghespeche' on Friday preceding Ascension-day, 25 Edward [I], and another on Friday next after the festival of Dionysius in the same year. Two transfers of gilds took place at the former and two more at the latter.]
- A.D. 1298.** Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Dunstani Anno xxvi^o.
- Ricardus le Curpse petit societatem Gildanorum.
- Dulcia Leiard petit Gildam que fuit Isabelle Syward, sororis sue.
- ii.s. Thomas Remond petit gildam que fuit Petri Remond, patris sui ; habeat et faciat Jura.
- ii.s. Thomas le Riche petit quod possit dare gildam que fuit Walteri le Wyse Alicie, vxori eius. Idem Thomas habet duas. Habeat alteram et faciat Jura.
- Johannes² Hughet petit gildam que fuit W., fratris sui ; habeat.
- ii.s. Thomas Gulde petit quod possit dare i. gildam Auicie, vxori eius ; habeat et faciat Jura.
- Amicia filia Henrici Goudghir petit gildam patris sui ; habeat et faciat Jura.

¹ 19 by 6½ inches. On a small, narrow slip sewed to this membrane are twenty-seven names, 'Jur[atus]' being placed after all but three.

² MS. 'Joh'e.'

Supplementary Proofs and Illustrations. 295

Johannes Astfld petit gildam que fuit Petri Alayn ; habeat et gaudeat. ANDOVER.

Dulcia Leiard petit quod possit dare gildam Emme, filie sue ; i. s. habeat et faciat Jura.

Johannes Hughet petit reward gildanorum de eo quod Johannes Spirekoc vendidit locum ad gildam suam spectantem, dummodo idem Johannes Hughet fuit in custodia.

[Five more entrance petitions.]

Morghespeche die Lune in festo translacionis Sancti Nicholai A.D. 1300. Anno xxviii^o.

[Five petitions for membership.]

Mattheus Erchebaud petit quod possit dare alteram gildam respectu suam Waltero, filio suo.

Johannes Houe¹ et Auicia, vxor eius, queruntur de vxore J. Hathewlf in placito quod eadem eis deforciat vnum locum.

Memorandum de Dimidia Marca que remanet in manu Ade de Marisco de Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Dunstani Anno xxvi^o.

[A woman seeks a gild in the name of her son ; and John Aldred finds a surety to prosecute H. Cheke.]

Morghespeche die veneris in festo Sanctorum Fabiani et Sebastiani Anno xxix^o.

Felicia, vxor Johannis Hathewlf, uersus Johannem Houe et Auiciam, vxorem eius, de placito vnus placee pertinentis ad gildam mercatoriam, per Jacobum Prat.

[Seventeen entrance petitions follow ; in the margin opposite one of them are the words, 'Vacat quia alius heres.']

Morghespeche tenta die veneris in vigilia Annunciacionis A.D. 1301. beate Marie Anno xxix^o.

Consideratum est quod omnes busseli, lagene vini et seruise, et omnes alie Measure sigillantur cum singno domini Regis in Ebdomoda Pasche ad vltimum ; et si qua predictarum Mensurarum sine singno imposterum inueniatur, capiatur, et ille cuius Mensura fuerit grauiter americietur.

Consideratum est insuper quod bestie nullius intrent Cimi-

¹ ? Hone.

ANDOVER.

terium nec ibi pascantur; set si prior uel vicarius herbagium velint possidere, metant et asportant pro voluntate.

Consideratum est insuper quod Ricardus Kyng reddat com-
potum suum de ouibus et eorum exitibus ecclesie nostre die Jouis
in septimana Pasche.

Consideratum est quod telonium tenentium Alberti de Tarent'
capiatur, videlicet de Hussebu[rne] et alibi.

Consideratum est quod mangne campane non pulsantur nisi
pro morte hominis plenam etatem habentis, et hoc vsque deez;
et quod alie minime campane pro puero vii. annorum intestato.

Consideratum est quod Mariscus ponatur in defensionem a die
Annunciacionis beate Marie vsque ad Ascencionem domini. Ita
quod nullius porci nec alie bestie ibidem intrent vsque diem pre-
dictum.

A.D. 1302.

Morghespeche Die Jouis in festo Sancti Petri in cathedra anno
tricesimo.

Memorandum, quod cum Hospitale Sancti Johannis Baptiste de
Andeuere tenebatur domino Johanni Barefot capellano in sexa-
ginta solidis sterlingorum, dictus Johannes remisit toti communi-
tati de Andeuere de anno vicesimo octauo, nono et tricesimo, pro
viginta solidis.

Willielmus filius Rogeri Asselin dat Petro, fratri suo, vnam
gildam liberam mercatoriam; habeat et gaudeat, pro introitu
dimidiæ marcæ; plegius, Nicholaus Selide.

Willielmus Porekyr dat Johanni filio Agnetis vnam gildam;
habeat et gaudeat, pro introitu dimidiæ marcæ; plegii, Nicholaus
Selide, Johannes Astil.'

A.D. 1302.

'Morghespeche¹ tenta die veneris in festo Sancti Edmundi
Archiepiscopi Anno Regni Regis Edwardi [I] xxx^o.

Philippus le Rÿche petit nomine vxoris sue gildam que fuit
Petri atte Welle vt proximus heres.

Habeat et
dedit dimidiam
marcam.

Petrus le Frÿe petit quod posset dare Josepho de Wherewelle
gildam suam, q[ui]a nepos eius in secundo gradu.

¹ 15 by 8 inches.

Supplementary Proofs and Illustrations. 297

Johannes Attebrýgende petit Societatem Gildanorum. Plegii ANDOVER.
J. le Whyte, N. Selyde et J. Goude. respectu.

Stephanus Foghel petit quod posset dare Gildam que fuit matris sue Roberto, fratri suo ; habeat, etc. Dimidia marca.

[Twelve brief entries follow, similar to the above, being petitions for admission or for the transfer of membership. There is also mentioned a plea against the widow of Henry Cheke, 'in placito vnus Gilde.']

Prouisum est per forwardmannos quod Johannes Spirekoc, Petrus de Marisco, Philippus le Rýche, Nicholaus Spirekoc, Johannes Oriold, Adam de Marisco et Willielmus Kýng, supervideant loca et ordinaciones et emendas, provt viderint melius expedire pro tota Communitate.

Petrus le Frye det domui ii.s. pro introitu Gilde Roberti, fratris sui, q[ua] Custumarius ; istud statutum obseruetur de omnibus custumariis hereditar[ie] intransantibus. Plegius, J. de Ponenton'.

Albreda, vxor Thome le Rýde, det pro introitu gilde sue Jura respectu.
domus ; plegius, Adam de Marisco.

Christina, vxor Willielmi Oswald, petit quod posset dare gildam Det dimidia
suam Willielmo, viro suo ; habeat ad totam vitam suam, et det marca.
Jura domus.

Thomas Red petit quod possit dare gildam suam Roberto le Dimidia
Whyte, nepoti suo ; habeat, etc. ; plegii, Thomas Stur et Johannes marca.
le Whyte.

Johannes Flygham in misericordia pro transgressione facta xii. d.
Alexandro le Skýnnere ; plegii, R. Walklyn et J. Goude, Junior.

Willielmus Auncel' in misericordia pro transgressione facta Jo- xii. d.
hanni Ernoue ; plegius, R. Picard.

Morghespeche tenta die Mercurii proxima post festum Sancti **A.D. 1302.**
Edmundi Regis Anno xxx^o primo [Edwardi I.]

Alexander le Skýnnere uersus Johannem Flygham de placito Aff[idat].
transgressionis, per Jacobum Prat.

[Five petitions relating to membership, and two fines for transgressions.]

Johannes Sausir in misericordia quia defecit de lege sua uersus vi. d.
Martinum Fabrum.

ANDOVER.

Alexander le Skýnnere facit defectum uersus Johannem Flýgham in placito transgressionis ; ideo dist[ringatur].

Johannes Osward petit quod possit dare vnam Gildam Johanni, fratri suo.

[Two petitions concerning new members.]

Alex. le Skýnnere in misericordia pro pluribus defactibus factis uersus Johannem Flýgham¹.

Consideratum est per omnes foreworwannis quod vidue, dummodo se tenuerint sine marito, quiete sint de omni consuetudine, facta consideracione die veneris proxima post festum beati Nicholai anno Regni Regis Edwardi xxxi^o.

A. D. 1302. Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Gregorii Anno xxxi^o [Edw. I].

A. D. 1303. Magister Johannes Asse petit quod posset dare gildam suam Rogero de Clatford Juniori et Alicie vxori eius et heredibus ipsius Alicie ; habeant, etc. ; plegii, R. Picard et Johannes Goude.

vi.s. viii.d. [Five new members, the fee being in most cases 6os. Also two transfers of membership.]

Thomas Selyde, Johannes de Ponynton', Johannes Spirekoc, Thomas le Rýche, Henricus de Morton', Willielmus de Templo, Nicholaus Selyde, Philippus le Rýche, Petrus de Marisco, Willielmus Lucas, Johannes Osward, Johannes Oriold, Robertus de Elledon', Johannes Goude senior, Johannes le Whyte, electi sunt ad prestandum fidele consilium et auxilium, quocienscumque necesse fuerit, pro libertate saluanda.

Memorandum, quod Johannes Spirekoc rec[epit] de Rogero Ingulf xxvi.s. viii.d., et de Johanne attebrýgende xxvi.s. viii.d., et de Petro Goldýng vi.d. Summa liii.s. x.d.'

A. D. 1303. 'Morghespeche² tenta die veneris proxima post festum Sancti Barnabe anno xxxi^o [Edw. I].

Memorandum de lv.s. ix.d. remanentibus in manibus Ballivorum, Johannis Spirekoc, Petri de Marisco et Ade de Marisco, prout patet in diuersis biletis, qui sunt in manibus eorum.'

¹ There is a blank space in the MS. between this and the following entry.

² 13 by 7 inches.

Supplementary Proofs and Illustrations. 299

[Five petitions to enter the Fraternity or to transfer gilds follow. ANDOVER.
For the former the fee was still 6os.

At a 'morghespeche' held on Friday next after the festival of **A.D. 1303.** St. Luke 'anno xxxi^o,' there were eight petitions similar to the preceding. 'Thomas Remond reddidit gildam suam Domui ad opus Radulphi Coci et Johanne, vxoris sue, sororis dicti Thome, et heredum ipsius Johanne; habeat et faciat Jura domus.' Each of the six new members admitted presented four pledges.

On the dorse of the same membrane is the record of five morghespeche-meetings, held on the Fridays next after the festivals of St. Matthias, 32 [Edw. I]; the deposition of St. Swithin, 32 [Edw. I]; the translation of the blessed Thomas, 32 [Edw. I]; St. Luke the Evangelist, 32 [Edw. I]; and on Friday in the festival of St. Vincent, 33 [Edw. I]. There are six, eight, one, one, and seven entries respectively, almost all of them petitions similar to those already given. Here are the most interesting:—]

'Johannes Arnoue petit quod possit dare alteram Gildam suam, **A.D. 1304.** videlicet, illam que (*sic*) habet hereditarie, Waltero fratri suo' (32 Edward I).

'Adam Vicar' receptus est in gildam mercatoriam, habendam ad totam vitam suam' (32 Edward I).

'Ricardus Walklyn optulit se uersus J. Flygham non apparentem; ideo preceptum est quod distringatur' (32 Edward I).

'Johannes Broun et Matillida, vxor eius, vadiant emendas **A.D. 1305.** Ballivis, pro eo quod q[ueritur] de eisdem iniuste Domine Marie filie R[egis] et Domino J. de Bynstede' (33 Edward I).

'Morghespeche¹ tenta die veneris proxima post festum Sancti **A.D. 1307.** Vincencii anno xxxv^{to} [Edw. I].

Rogerus le Schetere petit gildam que fuit Philippi, fratris sui; habeat et det Balliuis ii. s., et Senescallis xii. d.

Johannes Broun uersus W. Begaunt de placito debiti, vnde lex per W. Lucas. Idem W. optulit se uersus eundem in placito predicto; et habent diem ad proximam.

¹ 20½–23 by 6½ inches.

- ANDOVER. Morghespeche tenta die veneris in festo Sancti Mathie Apostoli anno supradicto.
- A.D. 1307. Consideratum est quod Willielmus Begaunt recuperet uersus Johannem Broun iii.s. vi.d. per defectum ipsius; et remanet in misericordia.
- Johannes Chire dat vnam Gildam, que fuit Valentini, Rogero fratri suo; et idem dabit dimidiam marcam; plegii, J. Chyre et J. de Aqua.
- A.D. 1307. Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Gregorii pape anno supradicto.
- [Two entrance petitions.]
- A.D. 1307. Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Marci Ewangeliste anno supradicto.
- Thomas Gulde uersus Rogerum le Schetere de placito detentionis cuiusdam Loci, per J. Saucir. Idem Rogerus optulit se uersus eundem de eodem; et habent diem die veneris sequenti.
- Rogerus Selyde petit quod possit dare gildam suam cum loco adiacente Thome Haywode et Agneti, filie ipsius Rogeri, et heredibus de corpore ipsius Agnetis procreatis; et testificatum est per N. Selyde et W. Flemýng quod predictus T. est liber homo; ideo predicta gilda concessa est eisdem, ut predicatur; et faciat Jura domus; plegii, Nicholaus Selyde, Willielmus Flemýng, Ricardus Kýng.
- dimidia
marca.
- i. marca. Ricardus Harold petit societatem gildanorum; habeat et faciat Jura domus; plegii, Robertus de Wodynton', Thomas Stur, Johannes Astild et Philippus Riche.
- Galfridus le Skýnnere reddidit in Manus gildanorum gildam suam; et habet ii.s.
- A.D. 1307. Morghespeche tenta die veneris in festo translacionis beati Ricardi anno xxxv^{to}.
- Rogerus Ingulf uersus Petrum Asselyn de placito transgressionis per W. Lucas. Idem Petrus optulit se uersus eundem Rogerum in placito predicto; et habent diem ad proximam, videlicet, hodie in xv.
- Misericordia. Robertus Smalhach vadiat emendas de eo quod arestauit J.

Supplementary Proofs and Illustrations. 301

Goude, contra constitutionem Gildanorum ; plegii, R. de Clatford et P. le Ryche. ANDOVER.

Johannes le fayt de Andeuere petit societatem Gildanorum ; ponitur in respectu usque ad proximam.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Apostolorum Petri et Pauli anno xxxv^{to}. A.D. 1307.

[Two pleas of transgression.]

Petrus Asselÿn optulit se uersus Rogerum Ingulf non apparentem in placito transgressionis ; ideo distringatur per libertatem suam quousque inuenerit plegios.

[One admission to the Gild.]

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Annunciacionis beate Marie anno primo. A.D. 1308.

[Three petitions to transfer gilds.]

Willielmus Gilbe in misericordia pro Petro le Beyr.

Misericordia,
iiii.*d.*

Morghespeche tenta die veneris proxima ante festum Sancte Margarete Anno Regni Regis Edwardi secundo. A.D. 1308.

Thomas Gulde uersus Rogerum le Schutere de placito detentionis cuiusdam loci.

[Three petitions for the gildship.]

Johannes Flygham conuictus est quod maledixit Nicholaum de Holte ; ideo vadiet eidem emendas, et remaneat in misericordia ; plegii, N. Selyde et P. de Marisco.

Prouisum est quod nullus Carnifex decetero vendat Carnes Coccas, nec eius vxor, sub pena dimidie Marce.

Item, prouisum est quod nullus cocus nec alii extranei decetero emant pisseem recentem, Capones, gallos, Ancas nec alia Volatilia nec Oua, antequam prima pulsatur, sub pena xii.*d.* Et si secundo conuicantur super hoc, habeant collistrigium ; et ad hoc assignantur R. Walklyn et Robertus de Elledene.

Auicia, vxor Johannis le Knyst, petit quod possit dare gildam suam, que fuit Alicie la blake, Jacobo filio suo ; habeat et gaudeat.

[At a 'morghespeche' held on Friday next after the festival of the translation of Thomas the Martyr, 4 Edward [II], 'Thomas le Drapir de Wollop' was allowed to enter the Gild for 60s., finding four sureties.] A.D. 1310.

ANDOVER.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Michaelis anno supradicto.

A.D. 1310.

Robertus Becke petit societatem Gildanorum.

Memorandum, quod debentur Communitati *lv. s. x. d.*, de quibus in tallagiis *xxxii. s. vi. d.* Item J. Spirekoc respondit de *x. s.*, et J. Chyre *xiii. s. iiii. d.* Vnde debentur Capellano Sancti Johannis *xxviii. s.*; et sic remanent *xxvii. s. x. d.* ad respondendum Communitati.¹

A.D. 1308.

'Morghespeche¹ tenta die Mercurii proxima post festum Sancte Katerine Anno Regis Edwardi [II] Secundo.

[Eleven petitions concerning membership.]

A.D. 1309.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Conversionis beati Pauli Anno Supradicto.

Memorandum, quod Johannes dictus sutor, Capellanus, dat Luminari beati Johannis Baptiste ad domum beati Johannis² duas Libras Cere, percipiendas de Galfrido Triturator³ et vxore eius pro quodam prato in Chur[c]hstret ad totam vitam eorum per Magistrum domus Sancti Johannis; et post decessum predictorum Galfridi et vxoris eius, pratum predictum remanet domui Sancti Johannis imperpetuum.

Memorandum, quod Johannes Custos domus Sancti Johannis resignauit³ Comunitati omne Jus quod habuit racione custodie predicte domus tali condicione quod Idem Johannes remanet frater in domo predicta ad totam vitam suam.

[Next are recorded two admissions to the Gild at the 'morghespeche' held on Friday next after the festival of St. Barnabas, 2 Edward [II], and two more on Friday preceding Michaelmas, 3 Edward [II], the payment in each case being 6os.]

A.D. 1309.

Morghespeche tenta die veneris proxima ante festum Sancti Andree Apostoli Anno supradicto [3 Edw. II].

Rogerus Ingulf vadiat Gilde Mercatorie vnam pipam vini,

¹ 16 by 6½-8¼ inches.

² For a brief account of the Hospital of St. John, see Woodward, Hampshire, iii. 167-170; Monast. Anglic., vi. 761.

³ MS. 'resinguit.'

Supplementary Proofs and Illustrations. 303

precii xx.s. ; soluend[o] mediet[atem] citra festum Pasche, et alia medietas ponitur in respectu prout se gerit contra Q[ueren]-tem ; plegii, J. de Ponenton' et Nicholaus de Holte.

ANDOVER.

Radulphus de Wotton' petit quod possit dare gildam que fuit J. fratris sui, Alicie filie sue ; habeat et Gaudeat ; plegii, Thomas Stur et Radulphus de Wotton'.

Thomas Spirekoc dat vnam Gildam cum Loco adiacente Rogero filio suo ; habeat et Gaudeat.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Circumcisionis domini Anno Regni Regis Edwardi [II] tercio. **A.D. 1310.**

Ricardus Kýng in misericordia quia retraxit se uersus Johannem Goude Junioem in placito transgressionis ; plegius, Johannes Goude predictus.

Johannes Goude Junior in misericordia, quia non est presens uersus Ricardum Kýng in placito transgressionis ; plegius, dictus R. Kýng.

Willielmus atte Schamele uersus Willielmum Quenýld de placito transgressionis per Robertum Capellanum. **Essoniatus.**

Willielmus Quenýld uersus Willielmum atte Schamele essoniatus in placito transgressionis, per Rogerum atte Wode. **Affidabit citra proximam.**

Johannes de Escote petit quod possit dare Gildam suam Hereberto filio suo ; ponitur in respectu citra proximam. **respectu.**

Morghespeche tenta die veneris proxima post Epiphaniam domini Anno supradicto. **A.D. 1310.**

Willielmus Garscoýn in misericordia pro Willielmo atte Schamele ; plegii, N. Selyde et J. Goude Junior.

[At the meetings held Friday next after the festival of St. Vincent, 3 Edward [II], and Friday next before All Saints, 5 Edward [II], there were in all five petitions for admission.] **A.D. 1310.**
A.D. 1311.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Martini Anno supradicto. **A.D. 1311.**

Thomas Cole de Wollop intrat per lx.s. per plegium Johannis Goude senioris, Nicholai Selyde, Johannis Osward et Johannis Goude Junioris. **Soluit i. marcam.**

Nicholaus de Holte electus est Senescallus vna cum Henrico de Mortone.

- ANDOVER.** Morghespeche tenta die veneris proxima ante festum Sancti Gregorii pape Anno quinto.
- A.D. 1312.**
ii.s. Johannes de Escote petit quod possit dare gildam suam Huberto filio suo ; habeat, etc.
- Prouisum est per Consideracionem Gildanorum ne aliqua braciatrix vendat amodo Seruisiam nisi per Mensuras sigillatas de communi Sigillo, sub pena ii.s.; et hoc citra festum Pasche proximo sequens quod omnes Mensure sint sigillate, sub pena predicta.
- A.D. 1312.** Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Marci ewangeliste Anno supradicto.
- Dimidia
marca. Henricus de Mortone petit quod possit dare vnam gildam quam emit de domo Ricardo filio suo ; habeat et faciat Jura domus ; plegii, dictus Henricus, Johannes Wlfel, W. Lucas et R. Picard.’
- [Two others entered the Gild at this meeting, each paying the ‘jura domus, videlicet, lx.s.’]
-
- A.D. 1312.** ‘Morghespeche¹ tenta die veneris in festo Sancti Augustini Anno Regis Edwardi [II] v^{to}.
- Soluet i.
marcam ad
festum S. Mich. etc., et intrat per lx.s.
- Dimidia
marca ; habet
diem usque ad
festum S. Mich. Ricardus Snow petit quod possit dare vnam gildam Waltero, fratri suo, que est in domo inferiori ; habeat et faciat Jura domus ; plegii, Willielmus Lacy et Ricardus Snow.
- A.D. 1312.** Morghespeche tenta die veneris in festo translacionis beati Edmundi Anno supradicto.
- [Two transfers of gilds to relatives.]
- Memorandum, quod remanent in manibus R. Haunuyle iiii.s. viii.d.
- A.D. 1312.** Morghespeche tenta Die veneris proxima post festum Sancti Leonardi Abbatis Anno Regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi sexto.

¹ 10 by 5½-6 inches ; written on one side only. This membrane is tied together with eight others, i.e., those of 6-15 Edward II and 21-22 Edward III.

Supplementary Proofs and Illustrations. 305

[Two admissions to the Gild ; fee, 6os. each.]

ANDOVER.

Morghespeche tenta Die veneris proxima post festum Circumcisionis Domini Anno Regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi sexto. A.D. 1313.

Morghespeche tenta Die veneris in crastino Sancti Petri Apostoli quod dicitur in Cathedra, Anno sexto. A.D. 1313.

Robertus Picard, Johannes Picard, Johannes Goude, filius Thome Goude senioris, et Willielmus le Wilde manuceperunt quilibet pro toto ad acquietandum Robertum le Haunuile de omnibus dampnis et expensis, si que uel quas sustinuerit occasione cuiusdam scripti quinque marcarum eisdem liberati, quod scriptum idem Robertus habuit in custodia per extradicionem Erch. Boniare petentis et Willielmi Capoun debentis.

Adam de Pontfreyt intrat in Gildam Mercatorum pro lx.s.; plegii, Johannes Oward, Edm. de Tangelighe, Ph. Dighere et Joh. Chire.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Ambrosii Anno supradicto. A.D. 1313.

[One transfer of a gild to a relative.]

‘ Anno¹ Regis Edwardi [II] vi^{to}. et vii^{to}.

Plegii J. Wlfel,—Rogerus de Clatford, Petrus Asselyn, Henricus de Mortone, J. Goode senior.

Plegii J. Oward,—Rob. Picard, Thomas Spirekoc, Joh. Chyre, Joh. Aldred.

Johannes Goude senior est ad legem se vi^{ta}. manu quod non procuravit Malum fieri Johanni de Ponenton’, nec ipsum contempsit, die Sancti Stephani Anno v^{to}., nec in crastino ; plegius, J. Oward.

Philippus Brykeuile vadiat J. de Ponenton’ emendas de transgressione sibi facta ; [four sureties].

Johannes Stur est ad legem se vi^{ta}. manu quod non venit die Sancti Stephani Anno v^{to}. cero nec in crastino in Andeuere et ipsum et familiam suam insultavit, verberavit nec wlnerauit, nec

¹ 10½ by 6½ inches.

ANDOVER.

per procuracionem suam Malum recepit, nec ipsum contempsit, sicut queritur; plegii, R. Capellanus et Thomas Stur.

[John Picard and Thomas Lacy are 'ad legem' for the same offence; and John Wolfel and John the son of Thomas Goude are pledged to make amends to John Ponenton for transgressing against him.]

Idem Johannes vadiat Nicholao Selyde emendas de eo quod ipsum contempsit vocando ipsum bribour, latronem et Ribaldum, et quod ipsum verberavit, vlnerauit et malectractavit; [four sureties].

Johannes Picard vadiat eidem N. emendas de transgressione sibi facta; plegii, R. Picard et P. Asselyn.

Preceptum est summonere Jacobum le Knyst ad respondendum N. Selyde ad proximam in placito transgressionis.

A.D. 1313.

Morghespeche tenta die veneris proxima ante festum Simonis et Jude Anno Regni Regis Edwardi Septimo.

[One admission to the Gild; fee, 6os.]

A.D. 1313.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Leonardi Anno Regni Regis Edwardi viii^{mo}.

[Six entries concerning membership.]

Ex consideracione tocuis Gildanorum quod si aliquis tenens domini Regis obierit extra Manerium domini Regis, ~~dominus feodi illius vbi obierit habeat melius auerium quod~~ Balliui domini Regis, qui pro tempore fuerint, habeant secundum melius auerium, facta ordinacione die veneris proxima post festum Sancti Leonardi Anno Regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi septimo.

A.D. 1314.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Annunciacionis beate Marie Anno Regni Regis Edwardi septimo.

[Seven petitions for admission.]

Johannes Saucer, Robertus Pycard, Willielmus Lacy, Philippus Brykeuyll, Rogerus Robyn, obligant se daturos communitati x.s. pro eo quod omnes ferri emptores et venditores remanent et stabunt apud la Wych.'

Supplementary Proofs and Illustrations. 307

‘Morghespeche¹ tenta die veneris proxima post festum Sancti Kenelmi Martiris Anno Regni Regis Edwardi [II] Octauo. ANDOVER.
A.D. 1314.

Rogerus Ingulf est ad legem uersus Gildanos de quibusdam articulis super eum inpositis secundum ordinacionem Gildanorum, per plegium Johannis Goude et Johannis Saucer.

Edmundus de Tangelye est ad legem uersus Johannem de Ponynton’ quod non inprisonauit Johannem Porkere, Manu-pastum dicti Johannis de Ponynton’, sicut ei inponit secundum ordinacionem Gildanorum.

Dies datus est inter Nicholaum de Holte, Edm. de Tangelye et Joh. Wolfel, querentes, et Joh. de Ponynton’, deforciantem, citra diem dominicam, per visum Will. vicarii, Hen. de Mortone et Joh. Goude ex parte predictorum, et per visum Ricardi de Marisco, Egidei le Poer et Nich. Selyde ex parte Joh. de Ponynton’, sub hac forma quod partes alternatim affidauerint fidem eorum quod stabunt ad ordinacionem predictorum.

Johannes Lotyn vadiauit Edm. de Tangelye emendas per visum predictorum et ordinacionem, si inueniatur culpabilis.

Philippus le Dyghere vadiat Communitati emendas pro eo quod tenuit faldam suam contra ordinacionem et defencionem Communitatis, per plegium Rob. Pycard et Joh. Goude Junioris.

Philippus Brykeuylle vadiat Communitati emendas pro simili, per plegium Rob. Pycard et Will. Lacy.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Jacobi Anno regni regis Edwardi viii^o. A.D. 1314.

Nicholaus Selyde vadiauit communitati dimidiam marcā pro eo quod oues sue pascebant pasturam de Andeuere, et falde sue stant in Campis de Enham; plegii, Joh. Oswald et Rob. Pycard; et nichilominus preceptum est quod predictus N. faciat remouere faldas suas, sub pena predicta. dimidia
marca.

Rogerus Ingulf est ad legem se xii^a. Manu uersus Gildanos de quibus articulis super eum inpositis; et habet diem ad proxiam, per plegios predictos.

Robertus de Woudynnton’ queritur uersus Rogerum Ingulf in

¹ 11 by 7½ inches.

ANDOVER.

placito diffamacionis; et est ad legem se uersus eundem Robertum secundum ordinacionem predictam.

Ex consideracione tocius Gildanorum ordinatum est quod Joh. de Wymbeldon' distringatur per libertatem suam veniendum ad proximam ad respondendum Communitati super diuersis articulis.

Ordinatum est quod nullus resettet Mulierem neque hominem ad glenandum, dummodo possint deseruire victum et stipendium, sub pena ii.s. prius ordinata.

Adhuc ordinatum est quod nullus ducat aliqua animalia in communia pastura de Andeuere, nisi essent nutrita et sustenta apud Andeuere in tempore hyemali.

A.D. 1314.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancte Fidis virginis Anno Regni Regis Edwardi viii^o.

Ex consideracione tocius Gildanorum Capiatur libertas Joh. de Ponynton' in manus Senescallorum, pro eo quo dictus Johannes implacitat visinos suos in curia domini Regis apud Westmonasterium, antequam Jus ei deseratur in Curia propria, contra ordinacionem Gildanorum et contra sacramentum suum proprium.

A.D. 1314.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Dionisii Anno Regni Regis Edwardi viii^o.

respectu.

Thomas de Rumbrýgge petit societatem Gildanorum, et ponatur in respectu.

Solu[et]
ii. marcas.

Adam Blok petit societatem Gildanorum; ponatur in respectu quousque ad proximam Morghespeche. Postea forwardini venerunt et concordati sunt, et concessum est ei; habeat et gaudeat; plegii, Ric. Snow et Will. Lacy.'

A.D. 1315.

[At a meeting held on Friday next after the festival of St. Michael 'in monte tumba,' 9 Edward [II], there was one petition for admission. At another meeting held on Monday next

A.D. 1315.

after the feast of St. Luke, one person entered the Gild; and 'Thomas le Breghe est ad legem se vi^a. Manu uersus Senescallos Libertatis quod non cooperuit alios Custumarios per Libertatem suam; plegius de lege, Edm. le Breghe.']

Supplementary Proofs and Illustrations. 309

‘Morghespeche’¹ tenta die veneris proxima post festum Natalis domini Anno Regni Regis Edwardi [II] Nono. ANDOVER.

Henricus de Mortone optulit se uersus Johannem Kyng non apparentem in placito firme; ideo distringatur. A.D. 1315.

[At a ‘Morghespeche’ held on Friday next after the purification of the Virgin Mary, there were four applications for admission.] A.D. 1316.

Johannes filius et heres Ricardi Kyng vadiat Henrico de Mortone xx.s. pro arreragiis firme de Andeuere de tempore Ricardi Kyng et Henr. de Mortone, nuper Balliuorum, soluendos eidem Henrico ad festum Sancti Michaelis Archangeli proximo sequens, per plegium Edm. de Tangelye et Joh. Oswald.

[At a ‘Morghespeche’ held on Friday next after the festival of St. Matthias, 9 Edward [II], there was a plea concerning the detention of a place (‘unius loci’); and John Beuchamp was admitted to the Gild.] A.D. 1316.

Morghespeche tenta die veneris in festo Sancti Georgii Anno Regni Regis Edwardi Nono. A.D. 1316.

Ordinatum est quod quilibet Carnifex extraneus veniat quolibet die in septimana et vendat Merces suas decetero in villa de Andeuere, et quod emant et mactant in eadem villa pro voluntate sua. Ita quod faciant Balliuis Libertatis de Andeuere consuetudinem, prout decet.

[One entrance petition; and a person appears ‘in placito detencionis vnus loci.’]

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Marci Anno Regni Regis Edwardi Nono. A.D. 1316.

Johannes de Ponynton’ uersus Matillidam la Clothmangere de Essoniatus. placito detencionis vnus loci, per Johannem Scrapyn, Capellanum.

Henricus de Mortone vadiat Communitati emendas pro eo quod vendidit vinum contra ordinacionem; [two sureties].

Johannes Porker senior vadiat Communitati emendas pro eo quod vendidit ceruisiam contra ordinacionem, etc.; plegius, Rog. Robyn.

Alicia atte Schamele vadiat Communitati emendas pro simili; plegi:, Will. Lacy et Rob. de Wodynton’.

¹ 16 by 9½ inches.

ANDOVER.

Ricardus Arnold summonitus ad respondendum Communitati non venit; ideo Capiatur Libertas in manu domus, quousque, etc.

Will. Flemyng vadiat Communitati emendas pro simili vt supra; plegius, Thomas Stuer.

Joh. Gautroc vadiat pro simili; plegius, J. Kyng.

C. le Calewe vadiat pro simili; plegii, N. de Holte et J. Spircok.

Ricardus de Cutecumbe vadiat pro eo quod vendidit per mensuram non sigillatam; plegii, R. Capellanus et R. Shutere.

[Four others are to make emends 'pro simili'].

Johannes Kyng in misericordia pro eo quod vendidit ceruisiam per mensuram non sigillatam; plegii, Will. Kyng et J. Gautroc.

ii.s.

Walterus Red vadiat Communitati emendas pro eo quod emit i. bussellum frumenti pro iii.s., desicut testatum est quod potuisset habuisse pro xxxii.d.; plegii, Will. Lacy et P. Brykeuyle.

ii.s.

Ph. Brykeuyle vadiat emendas pro simili; plegii, W. Lacy et R. Robyn.

xii.d.

Agnes Bud vadiat emendas pro eo quod vendidit panem factam pro i.d. et contra [etc.]; plegii, T. Stuer et J. Gautroc.

Consideratum est quod Libertas Roberti Horn capiatur in manu domus pro eo quod iniecit manum in Thomam le Bonyere, communem seruientem, et pro eo quod contempsit communitatem, etc., quousque, etc.

Consideratum est quod Libertas Johannis Horn eodem modo pro simili.

xii.d.

Robertus de Muleburne vadiat pro eo quod coccauit, antequam elegit vtrum velit Coccare frumentum vel ordeum; plegius, N. Selyde.

Ricardus, Ballius de Remrigch, petit Societatem Gildanorum.

A.D. 1316.

[At a meeting held on Friday next after the festival of the finding of the Holy Cross, 9 Edward [II], John Horn, Robert Horn and Richard Arnold were fined for acting contrary to the ordinances of the Gild; each of them found two sureties. Wm.

Supplementary Proofs and Illustrations. 311

Lacy was fined two shillings for selling his beer outside the town, contrary to an ordinance before ordained.] ANDOVER.

Ricardus Croul de Loullynton' intrat in Gildam Mercatoriam per quinque Marcas, ita quod habeat Locum pertinentem ad Gildam predictam ; [four sureties]. Solut quinque marcas.

Johannes de Farham petit Societatem Gildanorum ; habeat et gaudeat per lx.s. ; [four sureties]. Solut i. marcam.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancte Petronille virginis Anno Nono. A.D. 1316.

Joh. de Ponynton' uersus Matillidam que fuit vxor Rogeri Paterich in placito vnus Locy, per Joh. Scrapyn.

[Peter Asselyn, Henry Kyllere, Reginald le Bud and John le Calewe are each 'ad legem se sexta manu quod non vendidit seruiciam contra ordinacionem.']

Willielmus Oswald seriant conuictus est quod furniuit panem frumenti et panem ordeï contra ordinacionem. Ideo consideratum quod libertas eius capiatur in Manu domus.

[At a meeting held on Friday next after the festival of St. Peter, 9 Edward [II], Nicholas Selide 'est ad legem' that a certain mazer in his custody was given to his wife by Nicholas Spircok. On Friday next after the festival of the translation of St. Thomas the Martyr, John Flygham was allowed to give to John 'le Coupper' the gild which he inherited by the death of his sister ; fee, half a mark. Another person entered for 6os., finding four sureties.] A.D. 1316.

Locus quem¹ Joh. de Ponynton' tenet capiatur in manu domus per defaultam ipsius ad sectam Auicie la Clothmangere.

Thomas Gulde habet diem in xv. ad demonstrandam cartam suam quam habet de quodam loco quem R. Schuetera petit.'

'Morghespeche² tenta die veneris proxima post festum Sancte Marie Magdalene Anno Regni Regis Edwardi [II] Decimo. A.D. 1316.

[Eva wife of Nicholas Holt appeared against N. Selide for detaining a mazer ('murra').—Two persons find sureties 'ad satis-

¹ MS. q.

² 10½ by 8 inches.

ANDOVER.

faciendum vicario et communitati de duobus salteriis.—‘Auicia le Clothmangere’ claims a place held by John de Ponynton. She says it is hers by inheritance. John asserts that ‘idem locus pertinet ad liberum tenementum suum, quod perquisiuit de Johanne Asse.’]

Rogerus le Schutere petit de Thoma Gulde vnum Locum ; idem Thomas ostendit quoddam scriptum ; et facit mencionem de omnibus et singulis Juribus suis tam nominatis quam non nominatis, set non facit mencionem in scripto de Loco ; ideo inquiratur per forwardmannos.

[Two admissions ; fee, 60s. ; four sureties each.]

A.D. 1316.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Jacobi Apostoli Anno Regis Edwardi Decimo.

Nich. de Holte et Nich. Selide in misericordia pro Loquela que fuit inter Euam, vxorem N. Holte, et N. Selide ; plegius, alter alterius.

A.D. 1317.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Exaltationis Sancte Crucis Anno Regni Regis Edw. vndecimo.

[Two entries concerning new members.]

Ex consideracione tocuis congregacionis Gildanorum ordinatum quod omnes Braciatores vendant Ceruisiam, videlicet, meliorem Lagenam in Cuua pro denario, et in barello pro i. den. et ob., bonam et claram, dummodo busca ordeï vendatur pro xv. denariis ; sub pena quod ipsi qui sunt in Libertate amittant libertatem, Et ipsi qui sunt costumarii amittant Bracinam illam. Et facta est ordinacio ista die veneris proxima post festum Exalt. S. Crucis anno regni regis Edwardi filii Regis Edwardi vndecimo.’

A.D. 1318.

[On the Friday next after the festival of St. Ambrose, 11 Edward [II], William ‘le Sadelere’ entered the Gild ; fee, 60s. ; three sureties.

A.D. 1318.

On Friday next after the festival of St. Andrew the Apostle, 12 Edward [II], there were twelve applications concerning membership. Among them were these two :—]

Dimidia
marca.

‘Johannes le Riche dat Thome fratri suo Gildam cum tall[iis], que fuit iuris sue.

Dimidia
marca.

Will. Goude, filius Joh. Goude draperii, habet gildam que

Supplementary Proofs and Illustrations. 313

fuit Roberti Boniare ; et facta est libera pro dimidia marca ; per plegium Joh. Goude, patris sui.' ANDOVER.

At a 'Morghespeche'¹ held on Friday next after St. Martin's day, 10 Edward [II], three persons petitioned to be admitted to the Gild. A.D. 1316.

On Friday next after the festival of St. Lucy in the same year, 'Thomas de Celario petit quod possit dare Gildam suam quam habet hereditarie ex parte Thome de Celario, quondam patris sui, Ade Spircok cum Redditu prouenienti de quodam loco in piscaria fori de Andeuere ; habeat et gaudeat ; [two sureties].' At the same meeting John Goude, 'tinctor,' and William 'le Tannere' were also admitted. A.D. 1316.

On Friday before the festival of the Annunciation of Mary, 10 Edward [II], four new members were enrolled, each being charged a fee of 60s., and finding four sureties. A.D. 1317.

On Friday, 'in festo sancti Johannis ante Portam Latinam,' 10 Edward [II], Richard le Goer entered the Gild ; fee, 60s. ; four sureties. A.D. 1317.

'Morghespeche tenta die veneris in festo Concepcionis beate Marie Anno Regni Regis Edwardi xii^o. A.D. 1319.

Will. Lucas petit quod possit dare Gildam suam, que non est ii.s. libera, Johanni filio suo ; habeat et gaudeat ; et det domui ii.s. ; plegii, N. Selyde et Will. Lucas.

Will. Hughet petit quod possit dare vnam Gildam, que est hansere, Thome Pykard, filio amice sue ; habeat et gaudeat ; plegii, Joh. Woluel et Rob. Pykard. Dimidia
marca.

Johannes filius Ph. le Riche petit quod possit dare vnam Gildam, que est hansere, Alexandro fratri suo ; habeat et gaudeat ; et det Domui dimidiam marcam ; plegii, Edm. de Tangelye et Joh. Woluel.' Dimidia
marca.

¹ 12 by 7½ inches. It is evident that the scribe at first recorded the minutes for the two meetings of 10 Edward II only on the preceding membrane, but, after completing the year 10 Edward II on the next membrane, returned to the preceding one to utilize the empty space for the three meetings of 11-12 Edward II.

ANDOVER.

There were three more applications concerning membership at this meeting. Among the petitioners was John Horn 'tannator.'

A.D. 1319.

On Friday next after the festival of the finding of the Holy Cross, 12 Edward [II], John 'filius Gilberti le knyght' sought from Peter Selyde certain articles which the former claimed by inheritance from his father 'secundum consuetudinem et ordinationem Gilde Mercatorie de Andevere.' Peter had obtained them by marrying John's mother. Peter denies this, and 'est ad legem se vi^a. manu.'

A.D. 1319.

On Friday preceding Ascension-day, Peter appeared against John in the same suit, 'de placito detencionis catallorum.'

A.D. 1319.

At another 'Morghespeche' held on Friday next after Ascension-day, 12 Edward [II], Peter failed to appear 'de Lege sua facienda; ideo consideratum est quod defecit de Lege sua,' and John was to recover his property.

A.D. 1319.

On Friday next after the festival of St. Peter 'ad vincula,' 13 Edward [II], Henry de Schupton entered the Gild Merchant, being charged 60s. and finding four sureties; and Johanna Hughettes was allowed to give her gild to her husband, John Vpehulle, who paid a fee of a half of a mark and produced two sureties.

A.D. 1320.

'Morghespeche¹ tenta die veneris proxima post festum Sancti Mathei Apostoli Anno Regni Regis Edwardi [II] quartodecimo.
[John de Stocbrygge entered the Gild.]

A.D. 1320.

Morghespeche tenta die Mercurii in crastino Apostolorum Simonis et Jude anno supradicto.

misericordia,
vi.d.

Ricardus Arnold vadiat Emendas Petro Asselÿn de Maledictis, et remanet in misericordia; plegius, Joh. Ode².

misericordia,
vi.d.

Idem Ric. vadiat Willielmo Lacy pro simili, et remanet in miseric.; pleg., predictus J. Ode.

Johannes Ode est ad legem uersus Petrum Asselÿn quod non maledixit ei sicut idem Petrus ei imposuit; plegius de Lege, Ric. Arnold; faciat ad proximam Morghespeche.

¹ 10½ by 6 inches; written on one side only.

² I.e. Ede.

Supplementary Proofs and Illustrations. 315

Idem Joh. Ode est ad legem eodem modo uersus Will. Lacy ; *ANDOVER.*
plegius de lege, Ric. Arnold.

Joh. Lotyn vadiat Emendas Johanni Osward eo quod maledixit *misericordia,*
ei ; et remanet in misericordia ; plegius, Rob. Ingulf clericus. *vi.d.*

Will. le Mew vocatus ad querelam Ade de Pomfreit non venit ; *defalta, iii. d.*
ideo in misericordia pro defalta.

Morghespeche tenta die veneris in vigilia omnium Sanctorum **A.D. 1320.**
Anno Regni Regis Edwardi xiiii^o.

Johannes Ede uersus Petrum Asselyn de placito transgressionis, }
vnde Lex per Will. Capon. } *Affidauit.*
Joh. Ede uersus Will. Lacy de placito transg., vnde lex per }
Petrum Selide. }

Will. le Mew est ad Legem se iii^a. Manu uersus, [etc.].

Will. Quenyld vadiat Senescallis emendas pro eo quod mactauit
vnum taurum.

Joh. de Wymbeldon' petit quod possit dare vnam Gildam suam *dimidia*
Ricardo de Wymbeldon', fratri suo ; habeat et gaudeat, etc. ; *marca.*
plegii, N. Selide et J. Osward.

Joh. de Stocbrigge est ad Legem se iii^a. Manu uersus Rog. le Lex.
Schuetera quod non implacitauit ipsum Rogerum extra Libertatem
contra ordinacionem, postquam idem Joh. habuit Libertatem
suam ; [two sureties.]

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti **A.D. 1320.**
Martini Anno Regni Regis Edwardi quartodecimo.

Thomas Mangin uersus Joh. de Stokbrigge de placito transg., *affidauit.*
per Joh. Chire.

Will. le Mew uersus Adam de Pomfreit de placito transg., vnde *affidauit.*
lex per Rob. Ingulf.

Joh. Ode in misericordia pro Petro Asselyn ; plegius, Will.
Capon.

Rog. le Schetere queritur uersus Joh. de Stokbrigge de placito *affidauit.*
transg., vnde lex per Joh. Gode.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti **A.D. 1320.**
Edmundi Regis Anno supradicto.'

[John de Stocbrigge, Roger le Schutere and Adam de Pumfret
'in misericordia pro falso clamio.']

- ANDOVER.** On Friday¹, in the festival of St. Dionysius, 15 Edward [II], one gild was transferred, and there was a plea concerning a transgression. '[Henry] de Mortone vadiat Joh. Woluel vnam Cistam meliorem, vnum Ciphum argenteum, precii xxx. s.'
- A.D. 1321.** At another 'Morghespeche' held on Friday after St. Martin's day, 15 Edward [II], four gilds were transferred; and John de Husseburne, not appearing 'in placito transgr.', he was distrained 'per Libertatem [suam].'
- A.D. 1321.** On Friday next after the festival of St. Lucy in the same year, there were three cases 'de placito transg.'; [Wm.] Quenild was 'in misericordia, quia non est presens'; and 'dies datus est' in two suits.
- A.D. 1322.** '[Morghes]peche tenta die veneris proxima post festum Epiphannie domini anno supradicto.
- [Thomas] Spircok queritur de Rogero de Clatford eo quod dictus Rogerus defamavit ipsum Thomam, dicens ipsum esse furem [magnum], et quod cepit et appropriavit vnam estraoram. Et quod contrafecit sigillum Regis. Idem Rogerus presens in curia dedit [totaliter] duas primas querelas, quod inde non est Reus in aliquo; et est ad legem se sexta manu de fratribus gilde. [Plegii] de lege, Joh. Oswald et Ph. Brikeuile; faciat ad proximam Morghespeche. De tercia querela non vult iustificari. Ideo consideratum est [quod] distringatur per gildam suam, quosque, etc.
- [Idem] Rogerus de Clatford in misericordia pro falsa querela uersus Thomam Spircok; plegius, Ric. de Cutecombe.
- ['Dies datus est' in two suits.]
- [Will.] de Tangelighe recognouit se teneri Johanni Woluel in vna cista pro Hen. de Mortone; et remanet in misericordia.
- A.D. 1322.** [Morghespeche] tenta die veneris in festo Sancti Vincencii Anno quintodecimo.'
- At this meeting there was one case 'de placito transg.'; in another plea 'dies datus est'; one person was 'in misericordia pro Nich. le Webbe'; and '[Robertus] le Cartere petit quod possit dare gildam suam Gilberto le Skinnere, habeat et gaudeat.'

¹ 16 by 7 inches; written on one side only. The left margin has been cut away, and with it almost every initial word of each entry.

Supplementary Proofs and Illustrations. 317

On Friday next after the festival of St. Gregory, 15 Edward [II], William Orpede gave the gild that belonged to his mother, to his brother; and John Skirel and John 'le Killere' entered the Gild 'per lx.s.' ANDOVER.
A.D. 1322.

'Morghespeche¹ tenta die Veneris proxima post festum sancti Martini Episcopi Anno Regni Regis Edwardi [II] filii Regis Edwardi vicesimo. A.D. 1326.

Johannes ffelegham petit quod possit dare Gildam suam villanam Johanni filio Johannis le Cuppere. Et consideratum est per [etc.].²

Morghespeche tenta die Veneris proxima post festum Annunciationis beate Marie Virginis Anno Regni Regis Edwardi tercii primo. A.D. 1327.

[Two entries concerning membership.]

Johannes ffelegham petit quod possit dare Gildam suam hansariam Johanni filio Johannis le Cuppere, Nepoti suo. Habeat et gaudeat. Et faciat jura domus. Et soluet domui vi.s. viii.d. Plegii, Willielmus Orpede et Johannes Selyde.

Rogerus le Beyr venit et petit quod possit habere Gildam mercatoriam. Et quia compertum fuit per omnes fforwardmannos quod idem Rogerus est Natiuus Thome Spircok, domini de Upclatford, et nullus Natiuus neque villanus esse³ debet in Societate Gildanorum istius Gilde, sicut apparet per ordinaciones et consuetudines istius ville.

Morghespeche tenta die Veneris proxima post festum Ascensionis domini anno supradicto. A.D. 1327.

Henricus de Mortone junior habet diem ad proximam Morghespeche ad purgandum se uersus Robertum le Kyllere, de eo quod dictus Henricus dicebat dicto Roberto quod lv. homines ville de Andeuere essent simul jurati ad destruendum Johannem de Ponynton', Johannem Spircok, Johannem Selyde, Adam Spircok et Ricardum Snow, et ad predandum dictos Johannem de Ponynton' de c. libris et Johannem Spircok de c. libris, se vi^a.

¹ 16½ by 11 inches.

² The sentence is not completed in the MS.

³ MS. 'esset non,' the 'non' being inserted above the line.

ANDOVER.

manu de Gildanis. Idem Robertus inuenit plegios ad essendum [presens] ad eundem diem, Petrum Asselÿn et Robertum Pÿkard.

distringere.

Preceptum est distringere Egidium le Power citra proximam ad respondendum Henrico de fforstebury et toti communitati¹.

Johannes le Breghe queritur pro tota communitate uersus Johannem Selyde pro eo quod dicere debuit dicto Johanni, die Sabbati proxima post festum Ascencionem domini, quod frangeret brachia et tibias hominum ville de Andeuere, et Carectam suam accomodaret eosdem homines ad ducendum ad Gaolam Wÿnton', et eosdem dispercionaret. Idem Johannes presens dicit quod non est culpabilis de eo quod sibi imponitur; et consideratum est per omnes Gildanos quod habeat diem ad purgandum se vi^a. manu; plegius, Adam Spircok.

Johannes Goselÿnch' senior vadiat emendas Rogero Spircok, pro eo quod idem Rogerus fatebatur se dixisse coram dicto Johanni quod frangeret tibias et brachia Matillide Hikes de Suthclatford, citra proximam.

A.D. 1327.

Morghespeche tenta die Veneris in Septimana Pentecostes Anno supradicto.

optulit.

Petrus Asselÿn optulit se uersus Johannem Cobbe non apparentem in placito transgressionis. Ideo preceptum est quod distringatur citra proximam.

Ad quem diem venit Henricus de Mortone junior et debito modo per Gildanos purgauit se de eo quod sibi superius imponitur per Robertum le Kÿllere dicendo uerba superius notata, per quod idem Robertus attinctus est. Et quia dicti Gildani de iudicio reddendo fuerunt inconsulti ad tempus, Ideo consideratum est quod dictum iudicium remanet vsque ad proximam. Et preceptum est quod idem Robertus sit ad proximam, etc. vna cum Roberto Pykard et Petro Asselÿn, plegiis dicti Roberti.

Ad quem diem Johannes Selyde vocatus fuit et non comperuit, qui ad proximam fuit ad Legem de certis sibi suppositis, prout patet supra. Ideo consideratum est quod habeatur pro conuicto.

Thomas de Marisco petit quod possit dare Gildam suam

¹ MS. 'totam communitatem.'

Supplementary Proofs and Illustrations. 319

Willielmo de Bekwode et Alicie, Sorori sue ; ponatur in respectu vsque ad proximam. ANDOVER.

Morghespeche tenta die Veneris proxima post festum Sancti Barnabee apostoli Anno supradicto. A.D. 1327.

Petrus Asselÿn optulit se uersus Johannem Cobbe nullo modo apparentem in placito transgressionis ; set quia se ipsum non iustificat, Ideo consideratum est quod libertas eiusdem capiatur.

Item, iudicium quoad Johannem Selyde remanet usque ad proximam.

Johannes Goselÿnch' senior vadiat Rogero Spircok emendas, videlicet, xx.s., inde soluend[o] ii.s. ; surplus calumpniandum. Emendas.

Preceptum est quod Ballivi summoneri faciant Egidium le Power citra proximam, sub pena libertatis sue in manu domus capiende. Preceptum est.

Robertus Ingolf electus est ad officium Pincerne in domo inferiori ; et quod potacio fiat dominica proxima post festum apostolorum Petri et Pauli.

Thomas de Marisco petit quod possit dare Gildam suam sorori sue ; habeat, etc. ; plegii, J. de Wimbeldon' et Ricardus de Wimbeldon'. Solvet dimidiam marcam ad festum sancti Michaelis. Dimidia marca.

Morghespeche tenta die Veneris ante festum Nativitatis beati Johannis Baptiste Anno supradicto. A.D. 1327.

[Four brief entries 'de placito transgressionis.'—'Petrus Asselÿn optulit se per Essonium suum uersus Johannem [Cobbe] nullo modo apparentem in placito transgressionis. Ideo preceptum est quod Gilda eiusdem capiatur in manu domus.'—All judgments pending were postponed till the next 'morghespeche.'—Alice, who received the gildship from her brother, Thomas de Marisco, now gives it to her husband, William de Bekkewode.]

Morghespeche tenta die Veneris proxima post festum apostolorum Petri et Pauli Anno Regni Regis Edwardi tercii primo. A.D. 1327.

Cum Robertus le Kyllere conuictus sit in plena Morghespeche quod ipse seminavit¹ discordiam inter quosdam magnos ville de Andeure et ceteros eiusdem Communitatis dicendo lv. fore¹ paratos ad destruendum et ad depredandum dictos Magnates

¹ This is the proper rendering, and not that given above on page 10.

ANDOVER.

menciendo ; Ideo consideratum est per totam Morghespeche quod nullus ipsum resettat, nec cum ipso emat neque vendat, nec sibi det ignem neque Aquam, neque cum ipso communicare, sub pene (*sic*) amissionis sue libertatis.

[Egidius le Power is summoned to answer at the next meeting ; also John Selyde. There are also two pleas for transgression.]

Ricardus Snow et Willielmus Lacý veniunt et petunt quod possunt replegiare Libertatem Johannis Cobbe captam in manu domus ; citra proximam habent diem.

Johannes Selyde vadiat Communitati Emendas ; plegii, Johannes de Wýmbeldon' et Robertus Ingolf.

Gilda Egidii le Power capiatur in manu domus, et nulla gaudeat libertate quousque iustificare se ipsum voluerit erga fraternitatem dicte communitatis.

A.D. 1327.

Morghespeche tenta die Veneris proxima post festum Translacionis Sancti Swýthýni Anno Regni Regis Edwardi tercii a conquestu primo.

Emendas.

Johanna que fuit vxor Henrici le Barbour vadiat Communitati xx.s., sub eorum gracia, pro eo quod Communicavit cum Roberto le Kýllere, filio suo, sub ista forma, quod, si dicta Johanna cum dicto Roberto decetero communicauerit, quod dicti xx.s. statim dicte Communitati solentur.

Gilda Egidii le Power Capiatur in manu domus quousque se ipsum iustificare voluerit erga fraternitatem dicte domus ; et quod tolneum de die in diem per Ballivos eiusdem capiatur.

fforisfecit
gildam.

Ricardus filius Thome Ceuere fforisfecit Gildam suam pro eo quod cooperuit Thomam Porker, Custumarium, sub Gilda sua libera.

Intrat.

Dictus Ricardus qui fforisfecit Gildam suam, vt superius patet ; venit et petit Societatem Gilde. Et consideratum est per omnes ffordwardmannos quod idem Ricardus intret per lx.s. per vnam Talliam talliando in tallagia sua lviii.s.

A.D. 1327.

Morghespeche tenta die Veneris proxima post festum Sancte Marie Magdalene Anno supradicto.'

Four persons enter, each paying 6os. and finding two sureties.
'Henricus de Vpauene venit et petit Societatem Gildanorum.

Supplementary Proofs and Illustrations. 321

Habeat et gaudeat totaliter de dono domus. Et quod sit libera ANDOVER.
et non hansoria.’

On Friday next after the festival of St. James the Apostle¹ A.D. 1327. John Spircok replevied (‘replegiat’) the Gild of Giles le Power until the next meeting; and John son of John atte Watere was admitted. On Friday in the festival of St. Augustine, John Spircok again replevied the Gild of ‘Egidius le Power.’

On Friday next after the festival of Birinus the Bishop¹, there were three cases ‘de placito transgressionis.’

On Friday next after the festival of St. Nicholas the Bishop¹, two persons were fined ‘pro trangressione’; and ‘Willielmus de Hampton’ petit quod possit habere vnam Gildam Mercatoriam.’

On Friday next after the festival of St. Thomas the Apostle¹, two A.D. 1327. persons entered the Gild.

‘[Morghespeche² tenta] die veneris in festo Sancti Johannis A.D. 1328. ante Portam latinam Anno Regni Regis Edwardi tercii a Conquestu secundo.

Willielmus le Duýnt ffaber Inuenit plegium pro arreragiis Gilde sue, videlicet, Ricardum Harold, soluend[is] citra proximam.

Robertus atte Watere clericus venit et petit Societatem Gildanorum; habeat et gaudeat Gildam suam liberam. Et faciat iura domus.

Agnes filia Regen[aldi] cissoris venit et Reddit Gildam suam in manu domus, quam habuit ex dono Johannis Scrapýn, Capellani, Auunculi sui.

Postea venit Walterus Coterel’, Maritus dicte Agnetis, et petit societatem Gildanorum, illam videlicet Gildam quam dicta Agnes reddidit in manu domus; et de gratia domus concessum est ei per omnes ffordwarmannos; faciat iura domus; Et soluet domui vi.s. viii. d.; plegii, Johannes Selyde et Robertus atte Watere.

vi.s. viii. d.
De gratia
concessum.

Johannes Lucas optulit se uersus Johannam filiam et heredem Alexandri Ingolf, in placito detencionis duorum locorum in

¹ ‘Anno supradicto,’ i. e., 1 Edward III.

² 16 by 12 inches; somewhat discoloured; one of the upper corners wanting.

ANDOVER.

Andeuere, per plegium Willielmi Lacý et Johannis Ede, non apparentem. Ideo consideratum est per fforwardmannos et communitatem tocius Gildanorum quod predicti duo Loci capiantur in manu domus. Et datus est predicto Johanni diem (*sic*) hic in vigilia Ascensionis domini. Et preceptum est Balliuis quod predicta Johanna summoneatur veniend[am] hic ad eundum diem.

A.D. 1328.

Morghespeche tenta die Veneris in Crastino Ascencionis domini Anno supradicto.

Johannes Lucas optulit se uersus Johannam filiam et heredem Alexandri Ingolf non apparentem in placito detencionis duorum locorum, qui prius fecit defaltam. Ideo consideratum fuit quod capiantur in manu domus per magnum cape; et modo facit defaltam. Ideo consideratum est quod capiantur in manu domus per paruum cape. Et perceptum est Balliuis quod dicta Johanna summoneatur ad audiendum iudicium suum. Et habent diem hic hodie ad proximam.

Thomas Gerueys petit quod possit dare Gildam suam, quam habuit per Willielmum Note, Auunculum suum, Matilde filie sue; ponitur in respectu usque ad proximam.

Ad quem diem traditum fuit Johanni le Wyld e. Aketon, i. Basynetum et i. [par] Sirotecarum de Laminis.

[Seven similar entries follow, each beginning 'Item eodem die traditum fuit.' The articles delivered are the same throughout. The recipients were Henry de Schypton, John Lucas, John Ede senior, Walter Oswald, Adam Orýold, John Spircok and John son of William 'le Tannere.' In the margin opposite the last name and that of Oswald is the word 'distringatur.']

Et tradite sunt sub ista condicione, videlicet, quod vnusquisque ducat et demonstret ea bis per annum, videlicet, ad duos dies legales¹.

A.D. 1328.

Morghespeche tenta die Veneris proxima post festum Sancte Petronille virginis Anno Supradicto.

Johannes Lucas optulit se uersus Johannam filiam [et] heredem

¹ In the MS. this passage stands opposite (at the right of) the eight entries spoken of above.

Supplementary Proofs and Illustrations. 323

Alexandri Ingolf' non apparentem in placito detencionis duorum Locorum, que ad proximum capte fuerunt in manu domus per magnum cape; et modo facit defaultam; set consideratum est quod iudicium remaneat vsque ad proximam, quousque ostenderit Cartam, quam habet, vt asserit. Et datus est dies partibus hic citra proximam.

ANDOVER.

Ricardus Bodý venit et petit Gildam Willielmi Bodý, patris vii.d. sui; habeat et gaudeat, et faciat iura domus.

Thomas Moton venit et petit Gildam que fuit Walteri Moton, Auunculi sui; ponitur in respectu usque ad proximam.

Philippus filius et heres Egidii le Power venit et petit Gildam vii.d. dicti Egidii, patris sui, quam habuit per Willielmum Wilekyn hansar[ium]¹; habeat et gaudeat.

Philippus filius et heres Egidii le Power venit et petit liberam i.d. Gildam dicti Egidii; habeat et gaudeat.

Sampson Blanchard venit et soluit pro areragiis duorum an-xiii.d. norum Gilde sue; habeat, etc.

Memorandum, quod Senescalli habuerunt in communi cista in denariis xxii.s. et i.d., vnde soluti Ricardo Snow pro libertate de Andeuere apud London' vi.s. et viii.d. Et remanent in communi cista xv.s. v.d. Qui liberati² fuerunt Johanni Ede. Et inde expendidit apud Wýntoniam pro communitate pro Comite Kantie v.s. et v.d. Et residuum remanet in custodia eiusdem Johannis.

Morghespeche tenta die Veneris proxima post festum Transla- A.D. 1328.
cionis Sancti Thome martiris Anno Supradicto.

Johannes Lucas optulit se uersus Johannam filiam et heredem Alexandri Ingolf' que summonita fuit essend[am] ad proximam Morghespeche tentam die Veneris in Crastino Ascencionis domini, ad quem diem non venit. Ideo preceptum fuit quod dicti duo Loci capiantur in manu domus per magnum cape Et preceptum fuit quod summoneatur citra proximam ad audiendum iudicium suum, ad quem diem non venit de iudicio suo audiendo. Ideo consideratum fuit per³ omnes Gildanos quod

¹ Perhaps 'hansar[iam].'

² MS. 'liberate.'

³ MS. 'quod.'

ANDOVER. dictus Johannes recuperet dictos duos Locos, et quod ponatur in seisina per Balliuos Libertatis, etc.

A.D. 1328. [At a meeting held on Friday the eve of St. Catherine the Virgin, 2 Edward III, there were four petitions for admission to the Gild.

A.D. 1328. On Friday next after the festival of St. Byrinus in the same year, four new members were admitted. Each paid 6s. and, with one exception, presented two sureties. The last of these entries reads thus:—'Elyas le Drapyr de Hertford intrat in Gilda mercatoria per lx.s., et soluit capellano de Domo Sancti Johannis xxv.s.']

A.D. 1328. Morghespeche tenta die Veneris proxima post festum Sancti Nicholai Anno supradicto.

Johannes filius Roberti Erchebaud optulit se uersus Johannem de Wymbeldon' et Johannem Selýde non apparentes. Ideo preceptum est quod libertates eorundem capiantur in manu domus. Et preceptum est Balliuus quod capiant Tollneum¹ de die in diem, quousque, etc. Et habent diem ad proximam. Et datus est dies predicto Johanni filio Roberti ad proximam.

A.D. 1328. [At a meeting held on Friday next after the feast of the Nativity, 2 Edward III, a gild was transferred from mother to son, two shillings being paid to Adam Spirecok, a steward of the Gild, for arrears.]

A.D. 1329. Morghespeche tenta die Veneris proxima post festum Anunciacionis beate Marie virginis Anno regni Regis Edwardi tercii terciio.

[Robert le Kyllere and Stephen Paywel were admitted.]

Thomas le Ba[ker] inculpatus [fuit] per Senescallos eo quod cooperuit costumarium sub Libertate sua et asportauit Tollneum¹ Balliuorum, et de hoc compertus fuit per xii. fforewardmannos et per recognicionem suam. Et consideratum est quod forisfaciat Gildam suam. Postea venit et petit quod possit habere Gildam de emcione domus et soluere [unam marcam pro bono]² gestu eiusdem Thome. Sol[uet] inde dimidiam marcam ad festum Pasche proximo sequens. Et dimidia marca remanet.'

¹ MS. 'Toll'.

² A portion of the membrane has here crumbled away.

Supplementary Proofs and Illustrations. 325

‘Morghespeche¹ tenta die Veneris in festo Sancti Edmundi Archiepiscopi Anno Regni Regis Edwardi tercii a Conquestu ANDOVER.
A.D. 1329.
tercio.

Ad quem diem Stephanus Paywel soluit Edmundo de Tangele, Senescallo, pro Introitu Gilde sue, xxvi.s. viii.d., de quibus denariis soluit Roberto, Capellano domus Sancti Johannis, xxv.s. Et remanent in Communi cista in custodia Senescall[i] xx.d.

Morghespeche tenta die Veneris proxima post festum Exaltationis Sancte Crucis Anno supradicto. A.D. 1329.

Stephanus le Knyght uersus Ricardum atte Burch de Newburys Affid’ de placito Transgressionis, per Henricum de Schipton’.

Ricardus atte Burch optulit [se] uersus Stephanum le Knyght, Essoniatum in placito transgressionis. Et habent diem ad proximam.

Morghespeche tenta die Veneris in festo Sancte ffdis Virginis Anno supradicto. A.D. 1329.

Ad quem diem Ricardus atte Burch optulit se uersus Stephanum le Knyght non apparentem in placito Transgressionis. Postea venit. Et preceptum est quod Balliui capiant Tollneum² ipsius Stephani, quousque se ipsum iustificare voluerit, etc. Et quod Gilda eiusdem capiatur in manu domus. Et habent diem ad proximam.

Stephanus le Knyght vadiat Ricardo atte Burch xl.s. pro amendis suis pro transgressione sibi facta apud Abbyn[don], Soluendo inde dicto Ricardo in villa de Andeuere citra proximam Morghespeche Tresdecim solidos et iiii.d. Et residuum dictorum quadraginta solidorum leuetur de bonis et catallis dicti Stephani per Senescall[os], si decetero idem Stephanus conuictus fuerit quod grauat dictum Ricardum siue mercimonia sua peiorat, per ^{miser cordia,} quod idem Ricardus grauetur siue vexetur; plegii, Johannes Ede ^{xii.d.} et Willielmus Orpede. Et remanet in misericordia.

Morghespeche tenta die Veneris in festo Sancti Edwardi Regis Anno supradicto. A.D. 1329.

¹ 16½ by 12 inches. One of the lower corners is wanting, also a piece from the right-hand side toward the middle. The writing is, for the most part, very distinct.

² MS. ‘Toll’.

ANDOVER.

Amicia que fuit vxor Johannis Erchebaud vadiat communitati Emendas eo quod oues sui depascebant pasturam communitatis super Suthebouedon' que est in defensa usque ad tempus, etc. Et remanet in misericordia; plegius, Ricardus de Wým-beldon'.

Robertus filius Petri le Moleward petit Gildam dicti Petri, patris sui; habeat et gaudeat, etc.

A.D. 1329.

Morghespeche tenta die Veneris proxima post festum Sancti Michaelis in Monte Tumba Anno supradicto.

Johannes Whyberý in misericordia pro transgressione facta Communitati; plegii, Willielmus Goude et Johannes Astýl.

A.D. 1330.

Morghespeche tenta die Veneris in festo Sancti Wolstani Episcopi Anno Supradicto.

Thomas Gerueýs petit quod possit dare Gildam que fuit Willielmi Note, Auunculi sui, Matilde filie sue; ponitur in respectu citra proximam.

Anno Tercio
Potacio Gilde
vnde remanent
xx.s.

Memorandum, quod pincerne de domibus inferiori et Superiori liberauerunt Senescall[is] per comptum in Morghespeche redditum *xl.v.s. ii.d.*; unde soluerunt Roberto, Custodi domus sancti Johannis, *xxv.s.* Et sic remanent in communi cista *xx.s. ii.d.*

A.D. 1330.

[At meetings on the Fridays next after the festival of St. Agatha and after the festival of St. Barnabas the Apostle, 4 Edward III, there were six petitions for admission. One new member was to pay 10s. to 'R. Capellano, Custodi Hospitalis Sancti Johannis Baptiste.' Two persons were also fined 'pro transgressione facta dicte communitati.']

A.D. 1331.

Morghespeche tenta die Veneris proxima post festum Epiphanie domini Anno regni regis Edwardi tercii a Conquestu [Quarto].

A.D. 1331.

Morghespeche tenta die Veneris proxima post festum Ascencionis domini Anno Regni Regis Edwardi tercii a Conquestu [Quinto].

[Three petitions for membership. A portion (20s.) of one entrance fee went to 'Roberto Capellano Hospitalis domus Sancti Johannis Baptiste.']

Preceptum est Johanni le Bonýere quod demonstrat Cartam

Supplementary Proofs and Illustrations. 327

suam ad proximam Morchespeche de tenementis que dictus Johannes habet ex dono et ffeoffmento eiusdem Roberti in Andeuere pro contencione cuiusdem Loci quem idem Robertus clamat.

ANDOVER.
—

Agnes que fuit vxor Ricardi Walkelyn petit Gildam Mercatoriam et vnum locum ad dictam Gildam pertinentem que fuerunt Cecilie Horn, matris sue, que Johannes Goselynche tenet. Et preceptum summonere Johannem Goselynche essendum ad proximam Morghespeche, ostensurum si sciat dicere quare predictus locus non debet deliberari dicte Agneti, sicut eum petit.

Morghespeche tenta die Veneris proxima post festum Sancti Urbani Anno Regni Regis Edwardi Tercii a Conquestu Quinto. **A.D. 1331.**

Agnes que fuit vxor Ricardi Walkelyn optulit se uersus Johannem Goselynche seniore, non apparentem.

Johannes le Bonjere uersus Robertum de Wodynton' de placito detencionis vnus Locy, per Johannem le Wylde.

Agnes que fuit vxor Ricardi Walkelyn, filia et heres Cecelie Horn, optulit se versus Johannem Goselynch seniore, qui modo facit defaltam, in placito detencionis vnus loci. Ideo consideratum est quod dictus locus capiatur in manu domus per magnum cape. Et perceptum est balliuis quod predictus Johannes summoneatur ad respondendum dicte Agneti ad proximam. **Capiatur.**

Morghespeche tenta die Veneris in Vigilia Sancti Andree Apostoli Anno supradicto. **A.D. 1331.**

Thomas Gerueys petit quod Matilda filia sua possit dare gildam suam liberam, quam habuit ex dono dicti Thome, patris sui, Johanni ffryk, Marito suo; habeat et gaudeat. Et solvit domui vi.s. viii.d. taxatos per xii. fforwardmannos, quos sex solidos et octo denarios Johannes Spircok et Johannes de Ponynnton', tunc temporis Senescalli, receperunt in plena Morghespeche.

Item, receperunt eodem die in plena Morghespeche de Willielmo le Lange pro gilda sua xx.d.

Memorandum, quod Senescalli predicti soluerunt in plena Morghespeche eodem die Custodi domus Sancti Johannis v.s. Et sic remanent in Communi Cista xl.d.

ANDOVER.

Willielmus Garscuÿn queritur de Johanne le Large in placito transgressionis.

Johannes le Wylde queritur de Johanne Gautroc juniore in placito transgressionis.

Johannes le Large in misericordia eo quod dispercionauit Willielmum Garscuÿn, gildanum. Et vadiat communitati ii.s. soluend[os] citra proximam; plegii, Robertus le Killere et Johannes Ingolf.

A.D. 1332.

Morghespeche tenta die Veneris proxima post festum Circumcisionis domini Anno Regni Regis Edwardi Tercii a Conquestu Quinto.

Walterus Horn, Tannator, inculpatus [est] per Senescallos ad Sectam tocius Communitatis eo quod iuit ad Mercatum de Throkelleston' et ibidem emebat et vendebat et illud mercatum affirmabat in preiudicium ville et tocius communitatis de Andeuere et contra sermentum suum. Iuit dictus Walterus in plena Morghespeche; hoc fatetur; ideo consideratum est quod dictus Walterus foriudicatus sit se Gilda sua imperpetuum.

Robertus le Lytherere inculpatus per Senescallos ad Sectam tocius Communitatis modo supradicto. Idem Robertus hoc fatetur. Ideo consideratum est quod dictus Robertus forisiudicatus sit de Gilda sua imperpetuum.

Locus datus
Ade Spyrkok.

Ex consideracione tocius Communitatis datus est Ade Spýrkoc pro suo labore quidam locus in foro de Andeuere situs in occidentali stacione piscarie ville de Andeuere, ex opposito tenementi quondam Roberti Cobbe, [inter] loc[um] Simonis de Tolouse ex parte australi et solum domini Regis ex parte boreali, Habend[us] et tenend[us] sibi et heredibus suis imperpetuum, Reddendo inde domino Regi v. denarios per annum.

Memorandum, quod remanent in communi Cista die Veneris proxima post festum Sancti Mathie Apostoli xv. s. iiii. d.'

'Scottpanyes¹.

i.d. Edmundus de Tangele.

i.d. Ricardus Crul.

¹ 17 by 3½ inches; the lower portion of the parchment is perforated.

Supplementary Proofs and Illustrations. 329

i.d. Joh. Porker Junior.

i.d. Idem Joh. pro Cabbel.

i.d. Nicholaus le Power.

ANDOVER.

[Forty-six more names follow, all except two preceded by '*i.d.*']

Nomina Sedencium.	Sygepanyes.
Will. le Lange	<i>v.d.</i>
Nich. le Lyndraper	<i>v.d.</i>
Joh. le Tannere	<i>v.d.</i>
Rob. de Craule	<i>v.d.</i>
Joh. le ffoghel	<i>v.d.</i>
Matilda filia Th. Gerueys	<i>v.d.</i>
Heres Ric. Sutoris	<i>v.d.</i>
Joh. le Ryde.'	

The following is on the dorse of the membrane:—

'Summa omnium denariorum de domo Superiori xxxvi.s. iiii.*d.*

Vnde soluti pro ceruisia xviii.s. ii.*d.* Et remanet in Communi Cista xviii.s. ii.*d.*

Morghespeche tenta die veneris proxima ante ffestum sancti A.D. 1334. Vincencii anno regni regis Edw. tercii viii^o.

Ad quem diem Joh. Porker Junior petit quod possit dare Joh. filio Joh. Porker Senioris Gildam suam hanceriam, et dat domui dimidiam marcam.

Ad quem diem Will. le Tannere petit quod possit dare Gildam suam hanceriam, que fuit Will. le Tannere Junioris, fratris sui, Roberto filio suo; et dat domui ii.s.

Ad quem diem Philippus Golston' intrat per xx.s., si soluerit.'

'Morghespeche¹ tenta die veneris proxima post festum Decol- A.D. 1334. lacionis sancti Johannis Anno Regni Regis Edwardi viii^o.

¹ Three small slips, tied together, measuring $5\frac{1}{2}$ by $1\frac{3}{4}$, $9\frac{1}{2}$ by $1\frac{3}{4}$, and 8 by $1\frac{3}{4}$ inches respectively. The smallest membrane contains twenty-six names, opposite twenty-four of which is the word 'Jur[atus].' Of the other two membranes the longer contains the first five of the thirteen entries. The handwriting employed in it differs slightly from that of the membranes on which are written the names of the jurors and the last eight entries. Perhaps the latter are records of the Hundred Court, and not of the Gild.

ANDOVER.

Johannes Pycard vadiauit Joh. Goude seniori emendas pro transgressione sibi facta, per plegium Edm. de Tangeleye et Roberti.

Consideratum est et ordinatum est per omnes tenentes domini Regis quod nullus habeat communem pasturam, nisi habeat Capitale Messuagium, vnde communem pasturam pertineat.

Item, ordinatum est quod nullus porcarius veniat cum porcis suis in Campo separali post dominicam proximam post Natiuitatem beate Marie Anno Regni Regis Edwardi viii^o., sub pena ii.s.

Item, consideratum est quod nulli porci veniant in communi marisco citra festum Natiuitatis domini proximo sequens, sub pena ii.s.

Consideratum est per prefatos Juratores die Mercurii proxima post festum Epiphanie domini quod assumptus et expense existunt versus Priorem in placito pro quodam h[er]iето, quod exigit de Johanne Molend'.

Item, ordinatum est quod per breve vicecomitis nulla executio fiet, et iustificatur ipse et Manupastus eius ad sectam cuiuscumque in Curia et Hundredo.

Item, consideratum est et concessum per predictos quod omnes oblaciones supersediant, preter oblaciones que de Jure habebit.

Item, dicunt quod nullus de libertate faciat predicto Priori aliquam societatem in aliquibus, antequam fuerit concordatus cum parochianis suis.

Item, ordinatum est quod nullus faciat querelam alicui Ministro domini Regis antequam ius ei disser[atur] in Hundredo et Curia.

Item, quod si Balliui faciant alicui iniuriam quod predicti Juratores faciant emendas.

Item, consideratum est quod illi qui non sunt tenentes domini Regis non habeant faldas in Campo neque pasturam.

Item, consideratum est quod illi qui non sunt tenentes domini Regis moneantur amoueri faldas, quod si non fecerint quod amercentur.'

Supplementary Proofs and Illustrations. 331

'Morghespeche¹ tenta die veneris in festo Sancti Luce Euan-
geliste Anno Edwardi tercii a conquestu decimo. ANDOVER.

A.D. 1336.

Ordinatum est per omnes fforewardmannos quod nullus de cetero siccet lanas, pelle drappas lineas neque lanutas, neque aliqua alia bona ibi inponit, sub pena duorum solidorum, soluendorum ad opus ecclesie. Et quod Senescalli incontinenti omnes in contrarium istius ordinacionis uenientes distringant, quousque pena predicta leuetur.

Custodes, Robertus le Killere, Joh. Boleffost, electi sunt per Ordinacio
cimiterii.
communitatem tocius Morghespeche.

Joh. Iue petit quod possit habere vnum locum ex opposito ii.s. taberne sue, et concessum est ei, et dat domui ii.s.

[Two similar petitions for places.]

Morghespeche tenta die Mercurii proxima post festum apostolorum Simonis et Jude Anno supradicto. A.D. 1336.

Preceptum est summonire (*sic*)² Johannam que fuit vxor Ricardi de Marisco ad respon lendum communitati super obiciendum.

Potacio facta die dominica proxima ante festum apostolorum Potacio. Simonis et Jude Anno supradicto.

Capellanus domus Sancti Johannis plenarie solutus de omnibus arreragiis. Et remanet illo die in cista communi xxvi. s. iii. d.

Ad hunc diem Johannes le tauerner venit et petit societatem Gildanorum, et remanet in respectu usque ad proximam.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Leonardi Anno supradicto. A.D. 1336.

[John 'le tauerner' admitted to the Gild.]

Consideratum est per omnes ffordwardmannos quod Will. Goude, vi.s. viii. d. Ric. de Cutecombe, W. Pycard, Joh. atte Crouch, soluant communitati vi.s. viii. d., eo quod non soluerunt feoda senescall[orum], Pynsern[arum] nec clerici, et eo quod fecerunt bastones de fufure et non de Longitudine sicut solent.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancte Katerine virginis Anno supradicto. A.D. 1336.

Consideratum est per omnes fordwardmannos quod Rob.

¹ 15 by 11 inches; tied together with the membranes of 12-16, 16, and 16-20 Edw. III.

² In these Rolls generally written 'sum'.

- ANDOVER.** Craulye habebit vnam cistam nomine hereditatis patris sui meliorem, que est in custodia Matilde Craulye, et quod illa distringatur ad tradendum dicto Roberto predictam cistam.
- A.D. 1336.** Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancte Juliane Virginis Anno supradicto.
[Alex. 'le Warner' enters the Gild 'pro lx.s.'; two sureties.]
- A.D. 1337.** Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Michaelis Archangeli Anno Regni Regis Edwardi tercii a conquestu xi^o.
Robertus Goude, filius Johannis Goude, venit et petit quod possit dare Gildam suam hansar[iam] Johanne filie Joh. Goude, auunculi sui; habeat et gaudeat, et faciat Jura domus.
Eodem die remanet in Custodia Ade Spircok, Johannis Selyde, senescallorum, l.s. vii. d.; inde allocetur Johanni Selyde vi. s. viii. d., quos soluit Johanni Goude pro communitate. Et Johanni le Palmere pro salario suo xi. d. Et Johanni Selyde vi. d., que sibi a retro fuerunt.—Solutum Johanni Selyde pro Expensis suis apud Lond' pro domo Sancti Johannis xliii. s. x. d., prout omnia ibidem expendita.
- A.D. 1337.** Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Edmundi Regis Anno supradicto.
[Three new members; fee, 60. s.]
Potacio Gildanorum die dominica proxima ante festum Sancti Edmundi Regis Anno . . . xi^{mo}.—Summa totalis omnium denariorum perceptorum de potacione predicta, tam de domo Superiori quam de domo Inferiori, lxiii. s. viii. d. Inde solutum pro seruicia xxii. s. Et v. s. pro expensis Johannis le Wylde apud London'. Et sic remanet xxxvi. s. viii. d.
- A.D. 1337.** Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Andree apostoli anno . . . xi^{mo}.
[One new member; fee, 60. s.; one surety.]
Solucio x. s. Ad istum diem Will. Red¹ soluit domino Willielmo Capellano x. s. pro termino Sancti Michaelis proximo preterito.
Solucio xx. s. Ad quem diem Simon le Ewer¹ soluit xx. s. Et solutum est

¹ This payment is doubtless an instalment of the arrears of his entrance-fee. He had been admitted at the last meeting.

Supplementary Proofs and Illustrations. 333

eadem die de Hanspanes, tam de domo inferiori quam superiori, ANDOVER.
ii. s. xi. d.

Henry Jouyng de Colyngborn petit per Rob. le Kyllere socie- ad proximam.
tatem Gildanorum. Et concessum est ei secundum antiquam
ordinacionem, q[ua] extraneus. Et habet diem ad proximam.

Ad quem diem Will. de Bradele¹ soluit vi. s. viii. d. Solutio vi. s.
viii. d.

Item, lib[eratum] Johanni le Wylde et Johanni Pykard, attornatis
communitatis et domus Sancti Johannis, pro Expensis suis apud Expense J.
Pykard et J.
le Wylde.
London' per octo dies xvi. s. Item, pro ii. Equis allocatis ii. s.
iii. d. Item, liberacio eiusdem xiii. s. iiii. d. pro consilio ibidem
habendo, et vnde computare tenentur.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum conuer- A.D. 1338.
sionis Sancti Pauli anno regni regis Edwardi tercii a conquestu
xijmo.²

[John 'le Large' gives 'Gildam suam hansar'' to his brother.] vi. s. viii. d.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Juliane
virginis anno supradicto.

Ad quem diem Johanna filia et heres Johannis Saucer optulit
se uersus Adam le Wahelere non apparentem in placito de princi-
palibus petendis. Et ideo preceptum quod Gilda capiatur in
manu domus. Et distringatur pro tollonio de die in diem. Et
habet diem ad proximam.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti A.D. 1338.
Mathie apostoli anno supradicto.

Ad quem diem Johanna . . . [the same entry as that under
the last 'Morghespeche.']

Item, lib[eratum] Johanni le Wyld et Ade Spircok pro Expensis
eorundem apud London' in Crastino Purificacionis beate Marie,
pro placito domus Sancti Johannis in Cancellaria domini Regis
moto, vnde receperunt lviii. s. viii. d. De quibus solutum Willielmo
de Harewull' pro secta sua retrahenda xx. s. Et Johanni le Wilde
pro expensis suis per xv. dies xv. s. Et Ade Spircok per septem
dies vii. s. Et domino Johanni de Seynt-poweles vi. s. viii. d. Et

¹ This payment is doubtless an instalment of the arrears of his entrance-fee.
He had been admitted to the last meeting.

² MS. 'xi.,' but the scribe probably intended to write 'xii.'

ANDOVER.

domino Will. de Emedone, irrotulario, vi.s. viii. *d.* Et Thome Euesham iii.s. iiiii. *d.* Et Tibaldo, proclamatori, xii. *d.*'

A.D. 1338.

[On Friday in the first week of Lent, 12 Edward III, Johanna Saucer again appeared against Adam le Wahelere. 'Et consideratum est per seneschallos quod satisfaciat de principalibus petitis citra proximam, sub forisfactura Gilde sue Mercatorie.'—John Page was admitted to the Gild 'per lx.s.']

A.D. 1338.

'Rotulus¹ forwardmannorum de Domo Inferiori intitulatus, Die Dominica proxima post festum Sancti Clementis, Pape et Martiris, anno Regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi Duodecimo.'

This heading is followed by forty-two groups of four names each, arranged in three columns, each group preceded by 'ffor².'

Here is the first of them :

'ffor Johannes Hathewolf,
Lucia Orpede,
Robertus le Litherere,
Alienora Vincent.'

Only in the following cases do we find anything added to the names :—'Thomas Spircok per vxorem,' 'Adam Spircok per T. de Celario,' 'Thomas de Celario per vxorem,' 'Editha la Palmere per Petrum Auunculum,' 'Thomas de Celario per W. Prat seniorem,' 'Rob. le Wite, pelliparius,' 'Ricardus Snow pro Gilda W. Walkelyn,' 'Joh. Woluel pro gilda J., auunculi sui,' 'Agnes filia Roberti Litherere pro gilde T. Font,' 'Will. Flemeng per fratrem,' 'Joh. Porker pro gilda Cabbel,' 'Robertus Horn pro Gilda Elledene,' 'Will. atte Orchard pro Sauage,' 'Joh. Gregory per vxorem,' 'Rob. le Wite, carnifex,' 'Joh. Lucas pro Hamuile,' 'Joh. filius Thome Gulde per matrem,' 'Joh. Lucas per patrem,' 'Vxor Giffard pro gilda Gontor,' 'Peter le Wite, carnifex,' 'Edigius le Power pro Gilda Will. Wylekyn,' 'Joh. Astil per Petrum Alayn.' Two names,

¹ 20 by 8-8 $\frac{3}{4}$ inches; the writing on the dorse is very much faded.

² The last of the 168 names is written twice in succession. Seventeen are names of women.

'Johannes Porker, senior,' and 'Johannes filius Iuonis Calcher,' are preceded by the word 'Gustator¹.'

ANDOVER.

The following is taken from the dorse of the same membrane :—

'ffeoda senescallorum. Vterque senescallus habebit vtroque die quatuor lagenas ceruisie, quamuis pynka sit de quinque lagenis, concedatur. Item, vterque habebit de gustatoribus vtroque die xii. bastones, duas tortatas, et vtroque die vi. *d.*

ffeoda Pincernarum. Vterque Pincerna habebit vtroque die iii. lagenas ceruisie, quamuis pinka sit de quatuor lagenis, concedatur. Item, vterque habebit de gustatoribus vtroque die vi. bastones, et vtroque die iiiii. *d.*, vterque eorum.

ffeoda clericorum. Vterque habebit vtroque die duas lagenas ceruisie, et de gustatoribus vterque vi. bastones vtroque die, et vtroque die vterque iii. *d.*

ffeoda gustatorum. Quilibet vnam lagenam ceruisie.

Summa denariorum receptorum de scotpanes, sigepanes et hanspanes in Domo inferiori xlii. *s. v. d.*

Summa denariorum receptorum de scotpanes, sigepanes et hanspanes in Domo superiori xli. *s. vi. d.*

¹ There is an older roll at Andover similar to this, headed 'Rotulus fforwardmannorum de Domo Inferiori intitulatus, Anno Regni Regis Edwardi [III] filii Regis Edwardi Secundo.' It measures 18 by 9½ inches, and is in a somewhat ragged condition. This membrane, like that of 12 Edw. III, contains forty-two groups of four names each, preceded by 'ffor.' Some of these groups have, in addition, one or more names through which a line has been drawn, or opposite which 'vacat' is written. Five of the groups are entirely cancelled. Many of the groups in this roll are identical with those of 12 Edw. III. In others the only change is the succession of a son to a father; or a husband occupies the place formerly held by his wife. The cancelled groups, spoken of above, do not appear in the roll of 12 Edw. III; and the last six groups of the latter are not in the former.

ANDOVER.
 A.D. 1338. Summa denariorum receptorum de intrantibus gilde mercatorum, die veneris proxima post festum sancti Andree apostoli anno regni regis Edwardi filii Regis Edwardi filii Regis Edwardi duodecimo, xxviii. s. iiii. d.

Summa totalis receptorum cxii. s. iii. d.

Inde solutum est pro ceruisia xxxii. s. iii. d. Item, pro profro Sancti Michaelis vi. s. viii. d. Item [in denariis] solutis custodi domus Sancti Johannis xlii. s. vi. d.

Summa denariorum solutorum [not given].

Et sic remanet in custodia Joh. Goude xxx. s. ix. d.'

A.D. 1338. 'Morghespeche¹ tenta die veneris in festo Philippi et Jacobi anno regni regis Edwardi tercii a conquestu duodecimo.

Ad quem diem ordinatum est per totam communitatem quod nullus fullator neque tixtor de cetero vendant pannos in domobus suis aut alibi in Custodia eorundem, nisi producant venditores et emptores coram Balliuis, sub pena duorum solidorum ad opus Balliuorum, quocienscumque et quandocumque super hoc conuicti fuerint. Et hoc iurant coram Balliuis, sub pena amittendi societatem Gildanorum.'

[One new member.]

A.D. 1339. On Friday the morrow of Ascension-day, 13 Edward III, there were three petitions concerning admission to the Gild.

misericordia. 'Joh. Ede senior vadiat emendas domui pro transgressione ei facta eo quod docuit homines non soluere² stallagium ville de Andeuere, et remanet in misericordia.'

A.D. 1339. On Friday next after the festival of St. Boniface, 13 Edward III, Alice 'filia Joh. Pikenot' was allowed to give to her husband 'Gildam suam hansar[iam], quam habuit de dono patris sui'; fee, 6s. 8d.

A.D. 1339. At another 'Morghespeche' held on Friday next after St. Matthew's day, 13 Edward III, 'Preceptum est capere in manus domus pratum quod aliquando fuit Galfridi le Saghiere.' There

¹ 17½-19 by 11 inches. A piece from the lower right-hand corner is wanting; some of the entries on the dorse are very much faded.

² MS. 'sol'.

Supplementary Proofs and Illustrations. 337

are also three entries concerning membership, in one of which it is recorded that Peter Asselyn gave to his brother 'gildam suam hansar[iam], quam habuit ex consideracione tocius Curie.' ANDOVER.

'Morgspeche tenta diè veneris proxima post festum Sancti Michaelis Anno Supradicto. A.D. 1339.

[One transfer of a gild.]

Ad quem diem Agnes Ildebrond habet diem ad demonstrandum quare pratum quod iacet iuxta Ripam Ricardi de la Mersche non debet esse Domui Sancti Johannis Baptiste de Andeuere, sicut inuentum fuit in rotulo. Et preceptum est quod capiatur in manu domus pro defalta ipsius Agnetis, donec, etc.'

[Two brief entries 'de placito transg.']

Morgspeche tenta die veneris proxima post festum Sancte ffidis virginis Anno Supradicto. A.D. 1339.

In a suit between four persons it was agreed to remit the actions, and if any of them defame the other, he is to give six pounds of wax to the light on the great altar of St. Mary's church at Andover.

On the same day John 'le Mew' enters the Gild 'per lx.s.'; he is sworn and finds two sureties.

'Die dominica proxima post festum Sancti Dyonyssii, xiii.s. et iiiii.z. Et in festo Sancti Nicholai Episcopi, xiii.s. iiiii.z.'

On Friday next after St. Oswald's day, 14 Edward III, there were five applications for the gildship. Among those admitted, was Simon Prat, muleward. A.D. 1340.

On Friday next after St. Gregory's day in the same year, Geoffrey Cosch was admitted, and Richard de Cutecumbe was allowed to give to his son John 'gildam suam la hanc'. A.D. 1340.

'Ad quem diem Joh. Selyde et Rob. atte Watere electi fuerunt senescalli.'

On Friday 'proxima post festum Sancte Scolastice virginis,' 15 Edward III, Andrew 'atte hethe' entered the Gild for 60s.; two sureties. A.D. 1341.

'Ad quem diem Joh. Astyl senior venit et petit quod possit dare Gildam suam cum vno loco in occidentali stacione sutarii de Andeuere; habeat et gaudeat, et faciat Jura domus. Plegius, Nich. Linnedraper.'

ANDOVER.

On Friday next after St. Agatha's day, 16 Edward III, Robert Steel entered the Gild; fee, 6*s.*, of which he then paid 2*s.* A wife also sought to give her gild to her husband.

A.D. 1342.

'Ad quem diem Joh. Stuer vadiat emendas domui eo quod dispersionavit Will. Lacy et sociis suis, Collectoribus denariorum assessorum in W . . . ch; plegius, Joh. Lucas.

Ad quem diem Joh. Symond de Enham Militis venit et petit Societatem gilde; ponitur in respectu usque ad proximam.'

A.D. 1342.

On Friday [St. Valentine's day] in the same year, there were two applications concerning membership.

quietus.

'Johannes¹ Knight viii.*d.* pro arreragiis Gilde Will. Bultefforde. Thomas Roubus debet vi.*s.* viii.*d.*

intrauit.

Johannes le Mew xx.*d.*

Thomas Woluel pro Gilda Willielmi Sauage xx.*d.*

quietus.

Idem Thomas recepit de Ric. Mason xvi.*s.* Et idem Ric. debet viii.*d.*

Idem Thomas recepit de Simone Muleward xx.*s.*

Idem Thomas recepit de Galffrido Cosch xi.*s.* iiiii.*d.*

Johannes Breghe recepit de Galffrido Cosch xiii.*s.* iv.*d.*

quietus.

Johannes Selide recepit de eodem Galffrido ii.*s.*

quietus.

Robertus Cutecombe ii.*s.*—J. Selide soluit capellano.

A.D. 1342.

Morghespeche tenta die veneris proxima post festum Sancti Valentini Anno xvimo.'

Christina daughter of Richard Golston gave 'Gildam suam hans[ariam]' to her husband, Nicholas Oward, and to the heirs begotten of them. But if they should die without having heirs, then the gild was to go to her heirs.

John Symond of Knight's Enham was admitted to the Gild.

On the dorse of the membrane is this entry:—'Thomas Woluel petit allocacionem de xxxv.*s.* traditis Johanni le Breghe et Johanni Yue; et allocati ei. De quibus Joh. Breghe et Joh. Yue soluerunt Capellano xxv.*s.* Et debent communitati x.*s.* Et idem Thomas debet communitati xiiii.*s.*'

¹ 11½ by 6½ inches.

Supplementary Proofs and Illustrations. 339

On Friday¹ next after Michaelmas-day, 16 Edward [III], there were four applications concerning membership. ANDOVER.

On Friday in the festival of the translation of St. Edward the Martyr, 17 Edward III, three persons entered the Gild for 60.s. each, paying 20.s. at once and finding two pledges. A.D. 1342.
A.D. 1343.

'Item, ordinatum est in plena Morgspeche quod antiqua ordinacio de ffaldis in Communia pastura tenendis quod teneatur, sicut ex antiquo teneri consuevit. Ordinacio.

Ad quem diem Henricus Brewer et Johannes fflemynge electi fuerunt Senescalli.'

On the eve of St. Luke's day in the same year, two new members were enrolled; and a payment was made to the stewards. A.D. 1343.

At another 'Morgspech' held on Friday the morrow of Ascension-day, 18 Edward III, two applications for the gildship were postponed until the next meeting. A.D. 1344.

On Friday next after St. Matthew's day in the same year, William 'le dyghere' was admitted; fee, 60s.; two sureties. Johanna 'filia et coheres Roberti le ffoghel' gave 'gildam suam liberam' to her husband. A.D. 1344.

On Friday next after the festival of St. Hillary, 19 Edward [III]², John 'le Cartere' became a member; and Emma 'filia Roberti le ffoghel' gave her 'gildam hans'' to her husband. A.D. 1345.

'Morghespeche tenta die veneris in festo Sancti Augustini Anno xviii^o.'

Rob. Clarice intrat in gilda mercatoria de Andeuere ex dono tocuis communitatis pro . . . impenso.

Edw. Atte Morische venit in plena Morghespeche coram communitate et vadiat communitati emendas, videlicet, xx.s., pro eo quod in preiudicium communitatis fieri fecit quamdam deliberacionem auerorum per breue vicecomitis, contra libertatem predictam. Et inuenit plegios, Thomam Woluel et Joh. Asselyn.'

¹ 17 by 10½ inches. A piece from one corner is wanting; a small portion of the writing is much faded.

² MS. 'anno xviii^o,' but the sequence of saints' festivals requires that it should be '19 Edward III.'

ANDOVER.

On Friday next after the festival of the Elevation of the Cross, in the same year, Andrew Craule received his father's gild.

On Friday next after St. Matthew's day, in the same year, there were three petitions concerning membership.

A.D. 1346.

'Morghespeche tenta die veneris proxima post diem Cinerum Anno regni regis Edwardi tercii a Conquestu xx^o.'

William de Katerynton receives from his wife 'Gildam suam hansar', which she inherited from her father; fee, 6s. 8d.—Robert Oswald gave his 'gildam liberam' to his brother Edmund.—John Pycard gave to his brother Thomas 'gildam suam hans' que fuit Amicie, matris sue'; fee, 6s. 8d.; two sureties.—Alice, wife of Roger de Clatford, gave her son Ralph 'gildam suam liberam, que fuit Johannis Asse'; fee, 2s.

xxvi.s. viii.d.

'Johannes Parker sutor intrat in societatem Gildanorum per xxvi.s. viii.d.; habeat et gaudeat sibi et heredibus suis imperpetuum.' There were also three more applications concerning new members.

A.D. 1346.

'Morghespeche tenta die veneris in vigilia Sancte Katerine virginis Anno regni Regis Edwardi a Conquestu xx^o.'

Johannes ffrauce venit et petit societatem Gildanorum, et ad rogatum Margarete Comitisse Kancie concessa est ei quod habeat et gaudeat sibi et heredibus imperpetuum, etc. Et omnia feoda condonantur, etc.'

A.D. 1347.

'Morghespeche¹ tenta die veneris proxima ante festum Apostolorum Simonis et Jude Anno regni Regis Edwardi [III] a Conquestu xx^o. primo.

Essoniatus.

Johannes Spȳrcok, Mercer, uersus Robertum Rȳcheman de placito transgressionis, vnde lex per Joh. le Wilde.'

William son of Gilbert le Dyghere was allowed to give to a relative 'gildam suam hans', which he inherited from his brother; fee, 6s. 8d. Another new member was admitted 'per lx.s.'

In misericordia pro falso clamio suo.

'Robertus Rȳcheman querens optulit se uersus Johannem Spȳrcok, Mercer, in placito transgressionis. Et vnde queritur

¹ 9½ by 9 inches, written on one side only, tied together with the eight membranes of 5-15 Edward II.

Supplementary Proofs and Illustrations. 341

quod predictus Joh. venit certis die et Anno in villa de Andeuere et alibi inter notos et amicos suos erga ipsum Robertum incompetenter loquendo et narrando in locis publicis quod idem Robertus venit et intrauit domum ipsius Johannis contra voluntatem suam in Andeuere, et res suas et facultates ad valenciam xx. marcarum ibidem inuentas cepit et asportauit, vnde predictus Robertus dicit quod de statu suo et condicionibus suis prehabitis deterioratus est et dampnum habet ad valenciam xx. s. Et inde producit sectam, etc. Et predictus Johannes presens dicit quod de illa transgressione non est culpabilis. Et sic est ad legem se vi^a. manu; plegii, Joh. le Wilde et Thomas Woluel. Et habent diem ad proximam, etc.’

ANDOVER.

On Friday next after the festival of St. Gregory, 22 Edward III, A.D. 1348. there was one admission to the Gild.

I have carefully compared these ancient Gild Rolls with contemporary records of the Andover Hundred Court. The latter was held weekly on Monday. The two headings, ‘Curia tenta die Lune,’ etc. and ‘Hundredum tentum die Lune,’ etc., are used alternately. In some rolls ‘Hundredum forinsecum’ is substituted for ‘Curia,’ and ‘Hundredum intrinsecum’ for ‘Hundredum.’ The entries refer for the most part to pleas concerning debt, land, transgressions, bloodshed, trespass, battery, theft, breaking the assize (‘pro assisa fracta’), ‘pro tollonio asportato,’ ‘pro hutesio levato,’ etc. The only officers mentioned are the Bailiffs. The Gild is never referred to. The decennaries are sometimes alluded to; and there are a few admissions into aldermanries, for example:—‘Stephanus pistor intrat in Aldremanriam Johannis le Knyst per plegium Thome Cabbel et Julie, Relicte W. Snow’ (33 Edw. I). The following extract from one of the Hundred Rolls will exemplify their general form and contents:—

‘Curia tenta die Lune in festo Sanctorum Innocencium Anno A.D. 1304. supradicto¹.

Nicholaus Osmund uersus Johannem Cole de placito debiti, per Johannem Lucas.

¹ 33 Edward [I].

ANDOVER.

Willielmus Capon uersus Johannem Oriold, filium Johannis Oriold, de placito debiti, per Rogerum Selide.

A.D. 1305.

Hundredum tentum die Lune proxima post festum Circumcisionis domini Anno supradicto.

Affidabit ad proximam.

Johannes Cole uersus Nicholaum Osmund de placito debiti, per Adam Cole.

Erchebaldus le Bonÿere uersus Johannem le deken et Thomam le Bonÿere de placito debiti, per J. Erchebaud.

Nicholaus de Holte uersus Rogerum Tebaud de placito debiti, per Robertum de Hameledon'.

Johannes le Taylur uersus Math[eu]m Erchebaud de placito transgressionis, vnde lex per Waltherum de Celario.

Stephanus de Appletre, quod est in seruiicio domini Regis, uersus Johannem de Holte, vicarium ecclesie de Anne port, [de placito captionis]¹ et detencionis vnius equi, vnde lex vad[iatur] per W. Kÿng.

Erchebaldus le Bonÿere uersus Rogerum Paterich et Matilldam, vxorem eius, de placito debiti, per Robertum Stÿgel.

Agnes Olympias uersus Balliuos de placito transgressionis, vnde lex per Henricum Page.

Affidabit in xv.

Stephanus de Hoghton' uersus Balliuos de placito transgressionis, per Stephanum Mankorn.

A.D. 1305.

Curia tenta die Lune proxima ante festum Sancti Hillarii Anno supradicto.

Nicholaus Osmund uersus Johannem Cole de placito debiti, per Jacobum Prat.

A.D. 1305.

Hundredum tentum die Lune proxima post festum Sancti Hillarii Anno supradicto.

Erchebaldus le Bonÿere uersus Rogerum Paterich et Matilldam, vxorem eius, de quadam lege facta de placito debiti, per Johannem Erchebaud.

Willielmus Carectarius, persona de Penÿton', uersus Aliciam de Wadewÿk de placito transgressionis, vnde lex facta per Willielmum le Wylde.

¹ A small piece of the membrane is here wanting.

Supplementary Proofs and Illustrations. 343

ANDOVER.

Nicholaus atte Tre uersus Robertum Smalhach de placito transgressionis, per Rogerum Vytschere.

Johannes filius Thome Goude senior, quod est vltra mare, uersus Amiciam la Rede de Andeuere de placito terre, per Thomam Goudlak.

Johannes filius Roberti le Rede de Shyrborn' uersus Amiciam la Rede de Andeuere de placito terre, per Rogerum filium Johannis.

Robertus Bekke uersus Ricardum le Couk et Isabellam, sororem eius, de placito debiti, per Willielmum Oswald.

Robertus Sma[I]hach uersus Nicholaum atte Tre de placito transgressionis, per W. Kyng.

Curia tenta die Lune in festo Conuersionis beati Pauli Anno A.D. 1305. Regni Regis Edwardi [I] xxxiii^o.

[One plea for debt, and another for transgression.]

Willielmus Terry uersus Balliuos de tollonio asportato, per R. Hanuyle.

Nicholaus de cruce uersus Robertum Alyne de placito detentionis vnus eque, per Johannem de Wylton'.

Johannes le Lul uersus Feliciam que fuit vxor Petri Hechkoc de placito transgressionis, per Ricardum Cope.'

Liber A* of the Maneloquium Books¹ contains records of the Gild from 3 Henry V to 5 Henry VII. Most of the entries are similar to the following :—

'Morwespeche ibidem tenta die dominica proxima ante festum Andeuere. Sancti Michaelis Archangeli anno regni regis Henrici VI xxv^{to}. A.D. 1446.

Electi ad officium Balliuorum per { Thomas Latenere,
Walterus James,
xxiiii. fforwardinos } Johannes Basyngge,
Robertus Penyton'.

Unde electi per Senechallos { Joh. Basyngge } et jurati sunt.
{ Rob. Penyton' }

¹ A paper volume, bound in vellum, containing 55 pages and measuring 8½ by 6 inches. The pages are not numbered. It begins with the heading of a 'morghespeche' in 16 Richard II. This is followed by a list of forwardmen. Then comes the record of the meeting of 3 Henry V.

ANDOVER.

Ad istam venit Johannes Champyon et petit societatem Gildanorum, et concessa est ei, Soluendo communitati ville predicte xx.s., videlicet, ad festa Pasche, Sancti Johannis Baptiste et Sancti Michaelis proximo sequentibus post datam presentem. Plegii, Ricardus Lokett et Thomas Latenere.'

According to the entries in this book, the meetings were generally held once a year—after 1 Henry VI, usually on Sunday before Michaelmas. From 33 Henry VI 'Maneloquium' supersedes the English term 'Morghespeche.' In the time of Edward IV the admissions to the Gild became very rare¹. The business ordinarily transacted was the election of two bailiffs by the 'senescalli' (during and after the reign of Edward IV by the 'senescalli' and the retiring bailiffs) from four candidates named by the 'twenty-four forewardmen'². Lists of these 'forewardmen' are occasionally given³. At the meetings held during the reign of Edward IV and his successors, besides the election of bailiffs, Liber A* records allotments of 'common acres' and market-stalls, and makes occasional reference to the accounts of the two chamberlains.

The following passages are of special interest:—

Andeuere.

A.D. 1415.

'Morwspech tenta ibidem die veneris proxima post festum Sancti Michaelis Archangeli anno regni Regis Henrici quinti tercio.

Ordinatum est ad predictam Morwspech ex assensu tocius communitatis eiusdem ville quod xxiiii^{or}. erunt electi ibidem, et habebunt gubernacionem dicte ville cum superuisione senescalorum et balliuorum, qui pro tempore fuerint; et quicquid iidem faciunt nomine communitatis ratum et gratum habituri nomine nostro, vt de antiquo ordinatum fuit.' The names of the two 'senescalli' and two 'ballivi' are then given.

¹ The entrance-fee mentioned in this volume is almost invariably 20s. In some petitions of the years 33–34 Henry VI we find the expression 'petit societatem Gildanorum et consocietatem ville.'

² Previous to 22 Henry VI the nomination of the four candidates was made by the community ('per communitatem').

³ There are in all only six lists, four of them belonging to the reign of Edward IV. Twenty-six names are generally given. It appears that the tenure of their office was for life, or until they removed from the town.

Supplementary Proofs and Illustrations. 345

On fol. [29] there is an ordinance of 14 Richard II similar to ANDOVER.
the above.

‘Maneloquium ibidem tentum die dominica proxima ante festum Andeuere. Sancti Michaelis Archangeli anno regni regis Henrici VI^{ti} xxxv^{to}. A.D. 1456.

[Election of bailiffs.]

Senescalli ac xxiiii^{or}. fforwardinorum concordati sunt et ordinauerunt that alle tho that ben made enfranchised before this day that they or her boroghes pay her ffynes and make her writyng redy by Allesowlyn day next coming without ony delay. Or ellis the bayllies that ben and the baillies that eve synne the fredom made schall levey her ffynes.

Item, Senescalli et xxiiii^{or}. fforwardinorum ordinauerunt that no man, woman nor childe Rake yn ony mannes lond ane Corne yn harvestyme ne after with no Rake. Payne of xl.*d.* to the Chirche, the whiche the Churche Wardens for the tyme beyng schall leve. And the partyes that fyndeth hem greved theryn take her axyon, etc.’

Maneloquium, Michaelmas 21 Edward IV. The names of the A.D. 1481.
twenty-four forewardmen are given. Then comes this entry:—

‘Ad hunc diem preceptum est per Senescallos quod omnes qui sunt de xxiiii^{or}. forwardinis sint ad Maneloquium tenendum ibidem die lune proxima post festum translacionis Sancti Edwardi Regis proximo futurum, et vltorius omnes plegii pro finibus Burgencium cum Camerariis dicte ville ad faciendum clarum Compotum.’

‘Maneloquium tentum ibidem xv^{mo}. die Octobris Anno regni Andeuere.
regis Edwardi quarti xxi^{mo}. A.D. 1481.

Ad istud Maneloquium ordinatum est quod quilibet forincicus artifex qui non est de Societate Gilde ville predicte et tenet aliquem opellam, non monstrabit in eadem opella artificium suum in primo introitu suo, quousque soluerit Camerariis ville predicte, que pro tempore fuerint, xii.*d.* ad opus camere.’

Liber A¹ of the Maneloquium Books extends from 1 Edward III

¹ A parchment volume, measuring 12 by 9 inches, bound in vellum, containing 56 folios.

ANDOVER.

to 2-3 Philip and Mary, but only very few of the entries are of the period preceding the reign of Henry VI, and more than half the volume (ff. 15-44) relates to the reign of Henry VIII. The Maneloquium was generally held annually on Sunday before Michaelmas-day. The election of officers and the leasing of stalls, lands and tenements constituted the most prominent business transacted at these meetings. The entries of admission to the Gild almost wholly disappear in the sixteenth century. During this period there was only one steward, who was often a knight. The governing council was still called the twenty-four (the 'xxiiii^{or.},' the 'xxiiii^{or.} probi homines,' or the 'xxiiii^{or.} de corporacione')¹. Two constables now regularly appear among the officers elected. Like Liber A*, the earlier portions of this volume were probably compiled from the old Gild Rolls, while the later portions are probably contemporary records of the Maneloquium meetings².

The following are the admissions to the Gild in the sixteenth century :—

A.D. 1521.
fol. 33 *b*.

13 Henry VIII.—'Thomas Carpynter, Shomaker, venit et petit admitti de Societate gyldanorum ville predictæ.' He is admitted for a fee of 26s. 8*d*.

A.D. 1529.
fol. 37 *b*.

21 Henry VIII.—'Ad hunc diem Rob. Colwell petit admitti in Societatem Gildanorum predictorum, et pro diuersis considerationibus Senescallo, Balliuis et xxiv^{or.} predictis mouentibus admissus est in Societatem libertatis Gilde predictæ.' He pays 6s. 8*d*., 'et juratus est.'

A.D. 1555.
fol. 56 *b*.

2-3 Philip and Mary :—

'Robertus Bakehouse } electi sunt in gildam mercatoriam et
Thomas Frankelyn } jurati.

Willielmus Golde electus est in Gildam mercatoriam.'

¹ After the middle of the reign of Henry VIII their number diminishes from about 26 to 13-18. An entry on fol. 37 indicates that they were elected by co-optation.

² On fol. 1 of Liber A is this note—'Iste liber continet xliiii^{or.} folia xxiiii^{to.} die Septembris anno regni regis Henrici VIIIⁿⁱ xxxv^{to.}, tempore [the names of the Steward and two Bailiffs].' Another note on the same page says that the book contained 56 leaves, April 13, 1582.

Supplementary Proofs and Illustrations. 347

Liber B of the Maneloquium Books¹, 'The Lydger of the Towne of Andeuere,' extends from 2-3 Philip and Mary to 1674. 'Maneloquium ibidem tentum,' etc., 'At this Morrowspeach it is agreed,' etc., are the headings of the transactions down to April 5, 1622 (fol. 142), after which date they are superseded by 'Curia siue Convocatio Communis Consilii ibidem tenta,' etc., 'At this Courte it is ordered,' etc., 'At this Common Councell it is agreed,' etc. The governing body is no longer called 'the twenty-four,' or 'the forewardmen,' but simply the 'probi homines,' or the 'approved men.' Their number varies from five to eighteen, never exceeding twelve in the seventeenth century. After December 10, 1598 (41 Eliz.), a subordinate council of from six to twelve burgesses ('burgenses') appears. The officers elected at the meetings after 41 Elizabeth are one bailiff, two justices and two constables². A sub-steward is occasionally mentioned. Besides the election of officers, the transactions relate mainly to the renting and supervision of the property of the corporation. Orders concerning the regulation of trade are almost wholly wanting³.

ANDOVER.

The following are the only passages in which the 'Gild Merchant' is mentioned:—

'Item, that John Peterson the younger shalbe free of the Guylde of Marchants of the said Towne, paying therfore to th'use of the Chamber v.s.' A.D. 1556.
fol. 5.

'Item, it is agreed that John Harbord shalbe admitted into the ffellowshipp of the guylde of marchants of the said towne, and doth geve for a fyne iiiii.s.' fol. 6.

'Johannes West, Will. Hussey et Rob. Walker electi sunt in societatem gilde marcatorie, et iurati.' A.D. 1562.
fol. 16.

¹ A paper volume (12 by 8 inches), bound in leather, containing 357 pages (182 leaves).

² The changes that appear in 41 Eliz. were probably due to the grant of a new charter. Under date of Sept. 11, 40 Eliz. we read: 'This year the 21 of May wase the chartar and lybarties of this towne newly conffermed and granted, 41 Elizabeth' (fol. 103).

³ On fol. 24 (8 Eliz.), there is an order forbidding fish-mongers to hold their market in any place except where 'of olde tyme' they were accustomed to stand.

- ANDOVER.* 'Johannes Hanson et Thomas Roffe electi sunt in societatem guilde marcatorie.'
-
- A.D. 1563.** fol. 18. 'Petrus Hopkyns electus est in societatem gilde marcatorie, et iuratus.'
- A.D. 1565.** fol. 22. 'Arthurus Bolde electus est in gildam marcatoriam, et iuratus.'
- A.D. 1566.** fol. 24. 'Item, at this morowspeache yt is agreed that Nicholas Peckat shalbe admitted into the ffellowshippe into the guylde of marchants of the sayed Towne, and doth geve for a ffyne vi. s. viii. d.'
- A.D. 1567.** fol. 26. 'Thomas Morell electus est in guildam marcatoriam, et Juratus. —Edwardus Thurman electus est in guildam marcatoriam, et Juratus.'
- A.D. 1568.** fol. 28. 'Johannes Knight electus est in gildam marcatoriam, et Juratus.'
- A.D. 1570.** fol. 30. 'Ad hunc Maneloquium Nicholaus Venables iuratus est in gildam marcatoriam.'

Almost all of those thus admitted to the Gild appear, after their election, in the lists of approved men.

In the seventeenth century there are many entries similar to the following :—

- A.D. 1585.** fol. 78. 'Ad hoc maneloquium, per consensum Balliuorum et Proborum Hominum, Johannes Smythe et Joh. Pyle electi sunt in numerum et societatem proborum hominum de Andever, et iurati sunt per Senescallum ¹.'
- A.D. 1603.** fol. 112. 'Willielmus Smyth generosus electus est in numero proborum hominum, et Juratus.
Will. Blake et Thomas Stamford electi sunt in numero Burgensium, et predictus Thomas Stamford Juratus est ².'
- A.D. 1617.** fol. 135. 'Edwardus Thurman et Radulphus South electi sunt Burgenses.'
On fol. 151 is this passage :—
- A.D. 1625.** 'It is agreed by the Common Councill there that the style and orders made for the goverment of the thre Companies of this Towne shalbe pervsed and made accordinge to our nowe Charter,

¹ This is the earliest example in this volume of such admissions to the number of the approved men. The latter frequently call themselves the 'Company,' or the 'ffellowshipp and Companie.'

² This is the earliest of such admissions to the number of the Burgesses.

Supplementary Proofs and Illustrations. 349

whereby the penalties, fines and amerçiements therein set may be levied for the better order and government of the said companies.'

ANDOVER.

The minutes of the Haberdashers' Company from March 12, 1715 to March 17, 1807, are still in existence¹. Most of the entries refer to the election of officers, the admission of new members and the accounts of the chamberlains of the Company. After the names of the officers in 1715 and the freeman's oath we find the following:—

'The Particular Trades fixed by the Old Orders to every of ye 3 Companies.

<u>To the Leathermens</u>	<u>To the Haberdashers</u>	<u>To the Drapers</u>
All Tanners	All Milliners	All Drapers
Sadlers	Mercers	Clothiers
Glovers	Grocers	Cloth-makers
White Drawers	Innholders	Goldsmiths
Pewterers	Vintners	Fullers
Braziers	Bakers	Weavers
Shoemakers	Brewers	Taylors
Curryers	Smiths	Hosiers
Collar-makers	Cappers	Fishmongers
Butchers	Hattmakers	Fletchers
Chandlers	Butlers	Joiners
Dyers and	Barbers	Carpenters and
Upholders.	Painters and	Coopers.
	Glaziers.	
To be added :	To be added :	To be added :
Apothecarys	Surgeons	Millers.
Malsters	Wheelwrights	Millwrights
Mealmen	Cutlers	Masons, Bricklayers
Corn Chandlers	Combe-makers	Basket-makers
Gardeners	Pipe-makers	Brick-burners
Stone Cutters and	Plumbers and	Hott-pressers and
Bodys-makers.	Ironmongers.	Salesmen.'

¹ A paper volume (12½ by 8½ inches) in the possession of Mr. Frank Shaw of Andover. It contains about 200 pages, the last 34 being blank.

ANDOVER.

The following was enacted on October 23, 1733:—

‘It is agreed by this Society this day met that the Chamberlayns of this Company Doe forthwith pay to the Master-Warden thereof the Sum of Seventeen pounds, part of the Stock in hand of this Company, to advise with Council and for other purposes towards trying the right of Electing a Bayliff for the Borough of Andover aforesaid, And also the right of chusing Two Burgesses To represent the said Borough in the next Parliament, it being presumed that the ffreemen of the Company have Votes for such Bayliff and Burgesses.’

There are many entries similar to the subjoined:—

Nov. 3, 1760.

‘Mr. Jere Bunny, Grocer and Haberdasher, having been frequently warned to take up his Freedom in this Company, to which he properly belongs, and having refused so to do, and he continuing to keep his Shop open and Exercise his trade in Contempt of the Ancient Orders of this Fraternity, without having Compounded for his freedom, it is Unanimously ordered that the proper Officers do imediately Levy upon the said Jere Bunny’s Goods and Chattles the Sum of Forty Shillings, being the Fine mentioned in the said Orders for that purpose for the Use of this Company, and that the said Officers be Indemnified by the Company for so doing.’

The following is the last entry in the Haberdashers’ Book:—

Company of
Haberdashers.

‘At a Meeting of the said Company, held at the Guildhall in Andover on Monday the seventeenth day of March, 1807 . . . Several Persons who have come to set up their Trades in the Town, having been summoned to take up their freedom in this Company, into which in respect of such Trades they are properly admissible, and such persons having contemptuously neglected and refused to appear to take up their freedoms therein, and the Members of the said Company present at this Meeting, thinking it proper to vindicate and support the rights of the Company, deem it advisable in the first instance to take the opinion of some Counsel on the validity of their ancient Orders, and their institution under them as at present existing, and how far they

have a power to compel the admission of Persons refusing to become free of the Company.

ANDOVER.

It is ordered that the Register prepare as full a case upon the point as he shall judge necessary, and take the opinion of Mr. Burrough, or any other Counsel he may choose, thereon, the expence of preparing which as well as the fee of the Counsel to be paid him by the Chamberlains out of the fund in their hands.

And the Members present who make this order are [14 names].'

Perhaps this was the death-gasp of the Company. At all events it must have ceased to exist within a few years afterwards, which is likewise true of the other Companies of Andover.

BATH.

'Rex Archiepiscopis, Episcopis, etc. salutem. Inspeximus Cartam quam Ricardus Rex, Aduunculus noster, fecit Ciuibus nostris Bathon' in hec verba : Ricardus dei gracia Rex Anglie, etc. Justiciariis, Vicecomitibus, Baronibus, etc. et omnibus fidelibus suis tocius Anglie et portuum maris salutem. Precipimus quod Ciues de Bathon' qui sunt de Gilda eorum mercatoria habeant in omnibus eandem quietacionem et libertatem de omnibus mercatis suis, quocumque venerint per terram uel aquam, de Theloneo, de passagio, de lestagio et de omnibus aliis consuetudinibus et occasi-
onibus et rebus quam plenius et liberius habent ciues nostri Winton' de Gilda eorum mercatoria. Et prohibemus ne super hoc aliquis eos disturbet uel infestet ipsos uel Res ipsorum super decem librarum forisfacturam. Testibus, Hugone Dunelm' et Hugone Cestr' et Huberto Sar', Episcopis, Willielmo Marescallo, Johanne fratre suo, Galfrido filio Petri. Datum apud Douram per manum Willielmi Elien' Electi, Cancellarii nostri, vii^o. die Decem-
bris regni nostri anno primo. Nos igitur . . . [The above confirmed] vicesimo tercio die Decembris anno regni nostri tricesimo
primo.'—(*Record Office, Charter Roll* 31 Hen. III, mem. 12.)¹

¹ Cf. Warner, Bath, App. p. 18; King and Watts, Munic. Records of Bath, App. p. xxviii.

BOSTON.

BOSTON.

A.D. 1545. The following is taken from a patent of 37 Henry VIII, which was confirmed by Edward VI, Mary, and Elizabeth :—

‘ Concessimus vltorius ac per presentes concedimus quod nullus habeat, gaudeat siue vtatur libertates eiusdem Burgi, nisi sit inhabitans aut residens infra limites predicti Burgi, et quod de tempore in tempus soluet scott, lott, taxas et omnimoda et singula alia onera, vt ceteri burgenses dicti Burgi facient et tenentur facere, nisi sit licenciatus pro causis et consideracionibus racionabilibus . . . nullus extraneus neque forinsecus a libertate Burgi predicti exnunc decetero vendat seu emat ab aliquo extraneo vel forinseco a libertate Burgi illius infra Burgum illum aliquas mercandisas, mercimonia seu aliquas alias res quascumque in grosso preter victualia, nisi solummodo tempore feriarum infra Burgum predictum imposterum tenendarum, sub pena et forisfactura earundem mercandisarum et rerum predictarum contra formam predictam emptarum seu venditarum, aut emendarum vel vendendarum, ad vsum Maioris et Burgensium Burgi predicti et successorum suorum . . . Concessimus eciam et per presentes concedimus prefatis Maiori, Burgensibus et successoribus suis quod omnes et singuli Burgenses Burgi predicti, cuiuscumque condicionis existentes, de omnibus nauibus aut ciuibus¹ tam forinsecis quam intr[i]nsis, portum dicti Burgi ingredientibus, quibuscumque mercandisis venalibus oneratis, possint liberi emere quod eis necesse fuerit. Et si quis dictas mercandisas emat in grosso de mercatoribus predictis, volumus ac per presentes concedimus prefatis Maiori, Burgensibus et successoribus suis quod quilibet Burgensis Burgi predicti, si voluerit, habeat de emptore illo partem mercandisarum illarum sic in grosso emptarum², prout sibi necesse fuerit pro sustentacione sua et familie sue, ad idem precium pro quo dictus emptor de dictis mercatoribus dictas mercandisas prius emerit, soluendo et satisfaciendo dicto emptori precium partis sue³ quam emerit infra Bordam nauis. Et quod per prefatos mercatores nihil vendatur de mercandisis

¹ ? ‘ vasibus.’² MS. ‘ empto.’³ MS. ‘ sui.’

illis antequam plancum Burgi predicti ad nauem apponatur,' etc. BOSTON.
 —(*Record Office, Confirmation Roll* 3 Eliz., No. 3.)

BRIDGWATER.

'Rex Omnibus ad quos, etc. salutem. Licet, etc. de gracia tamen nostra speciali et pro viginti libris nobis solutis in hanaperio nostro concessimus et licenciam dedimus pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, Johanni Sydenham et Waltero Holymore, Senescallis gilde mercatorie de Bruggewater, et Comunitati eiusdem ville quod ipsi decem mesuagia, quinque acras terre, tres acras prati et quadraginta solidatas redditus cum pertinentiis in Bruggewater, que de nobis non tenentur, dare possint et assignare cuidam Capellano diuina in ecclesia beate Marie de Bruggewater singulis diebus celebraturo imperpetuum, habenda et tenenda sibi et successoribus suis in auxilium sustentacionis sue imperpetuum. Et eidem Capellano quod ipse mesuagia, terram, pratum et redditum predicta cum pertinentiis a prefatis Johanne et Waltero recipere possit et tenere sibi et successoribus suis predictis imperpetuum, sicut predictum est, tenore presencium similiter licenciam dedimus specialem, Statuto predicto non obstante, Nolentes quod prefati Johannes et Walterus vel heredes sui, aut predictus Capellanus seu successores sui racione premissorum per nos vel heredes nostros seu ministros nostros, etc., vt supra. Teste Rege apud Oxoniam xxviii. die Septembris.'—(*Record Office, Patent Roll* 16 Rich. II, pars 2, mem. 30.)

De licencia dandi ad manum mortuam.

A.D. 1392.

BRISTOL.

In 46 Edward III a dispute arose between the king and the burgesses of Bristol, the former claiming that the collector, William de Somerwell, should account to him for fines of bakers, fines for enjoying the freedom of the town, and various other monies levied in Bristol. The document is headed thus: 'Inter recorda de termino Sancti Michaelis anno xlvi^{to}. Regis Edwardi tertii post

BRISTOL. Conquestum, Rotulo ix^o. The following extract is of special interest :—

‘Set iidem Maior et Balliui venerunt per Walterum Knolles attornatum suum. Et quoad proficua de finibus factis pro libertate habenda infra villam Bristoll’, predicti Maior et Balliui dicunt quod villa Bristoll’ est vetus Burgus, et in eodem Burgo Maior, Balliui et Communitas extiterunt a tempore quo non extat memoria, in quo quidem Burgo iidem Maior et Balliui et Communitas et eorum antecessores et predecessores habuerunt liberam gildam mercatoriam in eadem villa et suburbiis ejusdem ville et omnia que ad gildam mercatoriam pertinent, videlicet, ad emendum et vendendum in eadem villa libere et quiete de custumis et theoloneo, et alias diuersas libertates habendum, prout ad gildam mercatoriam pertinent ; virtute eiusdem gilde et libertatis iidem Maior et Balliui et eorum predecessores a toto tempore vsi fuerunt capere quandam prestacionem, ad vsus suos proprios, de omnibus qui in libertatem et societatem gilde predicte admissi fuerunt, pro libertate gilde predicte habenda, secundum quod inter eos rationabiliter concordari potuerit. Et dicunt quod dominus Johannes, quondam Comes Moryton’ et postea Rex Anglie, tempore quo ipse fuit Comes Moryton’ et dominus ville predicte, inter alias libertates, concessit Burgensibus ville Bristoll’ quod haberent omnes rationabiles gildas suas, sicut eas melius habuerunt tempore Roberti et Williemi, filiorum suorum, nuper Comitum Glouc’. Et preterea Henricus Rex proauus domini Regis nunc per cartam suam, datam vicesimo quarto die Julii anno regni domini xl^o, concessit eisdem Burgensibus quod haberent et tenerent per totam terram et potestatem eiusdem Regis omnes libertates et liberas consuetudines suas hucusque optentas et vsitatas, adeo quiete et integre sicut Ciues London’ vel alii de regno et potestate eiusdem Regis libertates suas melius et liberius habuerunt et tenuerunt, quam quidem libertatem Maior et Ciues London’ de huiusmodi gilda et prestacionibus pro libertate huius[modi] habenda vsi sunt et gauisi a tempore quo non extat memoria. Quas quidem cartas, gildam et libertates predictas dominus Rex nunc per cartam suam,

De gilda mercatoria.

A. D. 1256.

datam xvi^o. die Octobris anno regni sui quinto, quam hic Curie BRISTOL.
ostendunt, ratificauit et confirmauit; et ulterius concessit quod, A.D. 1331.
licet ipsi et eorum antecessores et predecessores aliqua vel aliquibus libertatum et quietanciarum in dictis cartis et aliis contentarum aliquo casu emergente hactenus vsi non fuerunt, iidem tamen Burgenses et eorum heredes et successores libertatibus et quietanciis predictis et earum qualibet decetero plene gaudeant et vtantur sine occasione vel impedimento domini Regis nunc, heredum suorum vel aliorum ministrorum suorum quorumcumque. Et sic dicunt quod ipsi per diuersas vices virtute et autoritate libertatum suarum predictarum, per predictas cartas confirmatarum, ceperunt proficua in forma predicta. Et non intendunt quod dominus Rex eos inde impedire¹ velyt.—(*Bristol Council-House, Great Red Book, ff. 34-35.*)²

The patent of 6 Edward VI incorporating the Merchant Ad- A.D. 1552.
venturers of Bristol, is, with the exception of a very few words, identical with grants of Queen Mary and Queen Elizabeth to the Merchant Adventurers of Chester³.—(*Record Office, Confirmation Roll 8 Eliz., No. 6.*)

BUILTH.

‘Edwardus dei gracia Rex Anglie, dominus Hibernie et dux Aquitanie, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Prepositis, Ministris et omnibus Balliuis et fidelibus suis, salutem. Sciatis nos concessisse et hac Carta nostra confirmasse Burgensibus nostris de Buelt in Wallia omnes libertates subscriptas, videlicet, quod habeant Gildam mercatoriam cum hansa et aliis consuetudinibus et libertatibus ad Gildam illam pertinentibus, et quod nullus qui non sit de gilda illa mercandisam aliquam faciat in Burgo predicto vel in suburbio eiusdem nisi de voluntate eorundem Burgensium. Concessimus eciam eisdem Burgensibus et eorum

¹ MS. ‘impetire.’

² See Hunt, Bristol, 53-58, 63, 95, 96, 134, 139, 168, 197 and 209, for some comments on the Gild Merchant and Merchant Adventurers of Bristol.

³ See below, p. 360.

BUILTH. heredibus quod si aliquis natiuus in prefato Burgo manserit, et terram in eo tenuerit, et fuerit in prefata Gilda et hansa, et loth et scoth cum eisdem Burgensibus per vnum annum et vnum diem sine calumpnia, deinceps non possit repeti a domino suo, set in eodem Burgo liber permaneat. Preterea concessimus prefatis Burgensibus nostris de Buelt et heredibus eorum quod habeant soch et sach, thol et theam, et Infongenthef; et quod quieti sint per totam terram nostram de theoloneo, lestagio, passagio, pontagio, stallagio et de leue et danegeldis et Gaywyte et omnibus aliis consuetudinibus et exaccionibus per totam potestatem nostram tam in Wallia quam in omnibus aliis terris nostris, sicut villa nostra de Hereford predictis libertatibus et quietanciis hactenus vsa [est] et gauisa. Quare volumus et firmiter precipimus quod prefati Burgenses nostri de Buelt et heredes eorum habeant gildam mercatoriam cum hansa et aliis libertatibus et consuetudinibus ad Gildam illam pertinentibus. Et quod habeant omnes libertates et quietancias predictas imperpetuum bene et in pace, libere et quiete, honorifice, plenarie et integre, sicut predictum est, et sicut villa nostra Hereford predictis libertatibus et quietanciis hactenus vsa est et gauisa. Hiis testibus, venerabilibus Prioribus Godfrido Wigorn', Thoma Hereforden', Williemo Norwicen', Episcopis, fratre nostro Williemo de Valencia, Rogero de Mortuo Mare, Rogero de Clifford', Hugone filio Otonis, Waltero de Hel-youn et aliis. Data per manum nostram apud Westmonasterium quarto die Nouembris anno regni nostri sexto.'

A.D. 1278.

The above was inspected and confirmed by letters patent of 4 Edward IV, 33 Henry VIII and 20 Elizabeth.—(*Record Office, Confirmation Roll* 19-23 Eliz., mem. 11.)¹

CAERWYS.

'Edwardus dei gracia Rex Anglie, dominus Hibernie et Dux Aquitanie Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, prepositis, Ministris et omnibus Balliuis et fidelibus suis salutem. Sciatis nos con-

¹ Cf. *Archaeologia Cambrensis*, 1878-1879, ix. 95, x. p. xxxvi.

cessisse et hac presenti carta nostra confirmasse hominibus ville CAERWYS.
 nostre de Cayrus in Wallia quod villa illa decetero liber Burgus
 sit, et quod homines eundem Burgum inhabitantes liberi sint
 Burgenses, et quod habeant gildam mercatoriam cum hansa et
 omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad liberum Burgum
 pertinentibus, quales videlicet habent liberi Burgenses nostri de
 Aberconewey et Rothelan in Burgis suis, vel alii Burgenses nostri
 in Wallia. Quare volumus Data per manum nostram apud A.D. 1290.
 Kyngesclipston' vicesimo quinto die Octobris anno regni nostri
 decimo octauo.'

The above was confirmed by Edward the Black Prince (30 Edward III) and by charters of 2 Richard II and 9 Henry IV.—(*Record Office, Patent Roll* 9 Hen. IV, pars 2, mem. 5.)

CAMBRIDGE.

'Johannes Dei gratia Rex Anglie, etc. Sciatis nos concessisse et presenti carta nostra confirmasse burgensibus nostris de Cantebruge gildam mercatoriam, et quod nullus eorum placitet extra muros burgi de Cantebruge de ullo placito preter placita de tenuis exterioribus, exceptis monetariis et ministris nostris. Concessimus etiam eis quod nullus eorum faciat duellum, et quod de placitis ad coronam nostram pertinentibus se possint disrationare secundum antiquam consuetudinem burgi. Hoc etiam eis concessimus quod omnes burgenses de Cantebruge de gilda mercatorum sint quieti de theoloneo et passagio et lestagio et pontagio et stallagio in feria et extra, et per portus maris Anglie et omnium terrarum nostrarum citra mare et ultra mare, salvis in omnibus libertatibus civitatis London'; et quod nullus de misericordia pecunie judicetur nisi secundum antiquam legem burgi, quam habuerunt temporibus antecessorum nostrorum; et quod terras suas et tenuras et vadimonia et debita omnia juste habeant, quicumque ea debeat; et de terris suis et tenuis que infra burgum sunt, rectum eis teneatur secundum consuetudinem burgi: et de omnibus debitis suis que accomodata fuerint apud Cantebruge et de vadiis ibidem factis placita apud Cantebruge teneantur; et si

CAMBRIDGE. quis in tota terra nostra theloneum vel consuetudines ab hominibus de Cantebruge de gilda mercatorum ceperit, postquam ipse a recto defecerit, vicecomes de Cantebruge vel prepositus de Cantebruge namium inde apud Cantebruge capiat, salvis in omnibus libertatibus civitatis London'. Insuper etiam ad emendationem burgi de Cantebruge concessimus eis feriam suam in septimana Rogationum cum libertatibus suis, sicut ea habere consueverunt; et quod omnes burgenses de Cantebruge sint quieti de jherescheve et de scothale, si vicecomes noster vel aliquis alius ballivus scotalliam faciat . . . Datum per manum nostram apud Geýtinton' viii. die Januarii anno regni nostri secundo.'—(*Rotuli Chartarum*, 83.)

A.D. 1201.

The above was confirmed by a grant of Henry III in 1227.—(*Cooper, Cambridge*, i. 40.)

CARDIFF.

A.D. 1341.

In 15 Edward III Hugh le Despenser granted a charter to the burgesses of Cardiff, from which we extract the following:—

'Et quod nullus Extraneus extra nundinas vel forum infra bundas predictas aliquas mercandisas de aliquo extraneo emat, nisi tantum de Burgensibus nostris eiusdem ville, preter gentiles homines Glamorgancie pro victualibus eorum, et non racione mercandise; nec aliquis teneat celdam apertam de aliquibus mercandisis nec tabernam, nec corffe faciet in villa nostra predicta, nisi fuerit cum predictis Burgensibus nostris lotans et scotans et infra guldam libertatis eorum receptus. Necnon concessimus eisdem Burgensibus nostris quod ipsi et heredes sui guldam inter eos facere possent quo tempore et quandocumque voluerint ad proficuum ipsorum. . . . Insuper concessimus prefatis Burgensibus nostris quod omnes mercatores, tam pannarii, cerdones, pelliparii, cirotecarii quam alii diuersi qui ex vendicione et empcione viuant infra dominium nostrum Glamorgancie et Morgancie, residere debeant in villis de Burgh et non vpland, et quod omnimodas mercandisas faciant in Nundinis, fforis et in villis de Burgh, et non alibi. Et etiam quod omnes mercatores cum eorum mercandisis

Supplementary Proofs and Illustrations. 359

alibi non transeant quam per regales vicos per villas de Burgh ; CARDIFF.
Ita quod nos nec heredes nostri tolnetum nostrum nec alias cus-
tumas nobis debitas aliquo tempore amittamus.’

This charter was confirmed by Edward, Thomas and Isabella le Despenser, Edward and Richard Neville, and Queen Elizabeth.
—(*Record Office, Confirmation Roll* 19–23 Eliz., mem. 20.)

CARDIGAN.

‘Rex omnibus, etc. salutem. Sciatis quod concessimus homi-
nibus nostris de Kardigan quod in villa sua de Kardigan sit Pro hominibus
de Cardigan.
Gilda Mercatorum, sicut in villa nostra de Bristoll’; et quod a
festo omnium Sanctorum anno, etc. xxxiii^o. in tres annos sequentes
possint homines nostri predicti capere in villa sua de Kardigan de
quolibet dolio vini vnum denarium, et de quolibet lesto allecium
quatuor denarios, et de quolibet sacco lane duos denarios, et de
qualibet carecta mercimoniis onerata vnum denarium, de quolibet
summagio vnum obulum, de quolibet boue et qualibet vacca
uenditis vnum obolum, de quolibet equo vendito vnum denarium,
et de quolibet dolio mellis vnum denarium, ad firmandum inde A.D. 1249.
villam suam de Kardigan. In cuius, etc. Teste, ut supra¹.—
(*Record Office, Patent Roll* 33 Hen. III, mem. 1.)

CARLISLE.

‘Seven of the (eight) guilds are guilds of manual craftsmen ;
the eighth, the merchants’ guild,—quite distinct from the free
merchant guild or guild mercatory, which became the town coun-
cil—included the shopkeepers, some grocers and seedsmen, others
drapers, haberdashers, apothecaries, etc.’ ‘The merchants in-
cluded mercers, drapers, grocers, apothecaries, etc., in fact all
traders in Carlisle who were not actual manual workers.’—(*Fer-
guson and Nanson, Municipal Records of Carlisle*, 28, 89.)²

¹ I. e. ‘Teste Rege apud Westmonasterium xxvi. die Octobris.’

² See also pp. 9, 10, 24, 27 of the same work for some references to the
early Gild Merchant of Carlisle.

CARLISLE. From among the many ordinances of the Merchants' Guild, we extract the following :—

A.D. 1624. 'None fforyner or stranger suffred to sell anie merchandyse but in tyme of our faires. None to cottons or frise under coul-ler for Scottes men.'—(*Ibid.*, 94.)

A.D. 1656. 'It is ordered by the consent of the company of marchants aforesaid that noe brother of this trade shall joyne as partner with any stranger or forraigner in the trade and occupacon of a marchant, either within the cittie or libertyes thereof. Neither shall any brother of this company give any account of proffitt or gaine to any stranger or non-freeman concerninge their trade, upon penaltie that euery brother that offends herein to forfeit for the benefitt of the trade the sume of ten pounds.'—(*Ibid.*, 102.)

CHESTER.

Pro Marca-
toribus Ciui-
tatis Cestrie.

'Regina omnibus ad quos, etc. Sciatis quod ex lamentabili insinuacione Willielmi Aldersey, Ricardi Poole et Ricardi Massye, fidelium ligeorum et subditorum nostrorum ac Ciuium Ciuitatis nostre Cestrie, ac aliorum mercatorum periclitantium Ciuitatis predictae, vocatorum merchaunt vent[er]ers, ponentium se, factores, seruientes, bona et mercandizas in periculo super mare ad diuersas partes transmarinas pro mercandisis extra hoc regnum nostrum Anglie educendis ac in idem regnum inducendis, accepimus qualiter diuersi artifices et homines artis manualis in eadem Ciuitate nostra Cestrie inhabitantes occupationesque victu suo querendo habentes, qui nunquam fuerunt apprenticii aut educati ad vel in cursu artis mercatorum predictorum nec aliquam bonam cognitionem in eadem arte habentes, qui vulgariter exercitant, vtuntur et occupant dictum recursum mercandise ad et a partibus transmarinis vulgariter in nauibus siue vasis extraneis, per quod diuersa genera commoditatum huius regni nostri Anglie occulte educuntur et conuehuntur, incontrarium boni ordinis et legum nostrarum et in magnam defraudacionem customarum nostrarum, taliter se habentes et exercentes in et secundum tales malos mores et irregulatos quales fuerunt et existunt in magnum scandalum dictorum

mercatorum ac decasum nauium et marinariorum ac portus Ciui- CHESTER.
 tatis predicte et precipue dictorum mercatorum ad et in dicto re-
 cursu marcandise educatorum magnamque cognicionem in eodem
 cursu habencium, unde nos supplicauerunt sibi per nos de re-
 medio congruo prouideri. Nos indempnitati nostre in hac parte
 ac vtilitati et bono ordini predictorum mercatorum nostrorum
 dicte Ciuitatis nostre Cestrie imposterum habendis prospicere
 volentes, vt tenemur, de gracia nostra speciali concessimus et
 licenciam dedimus, ac per presentes concedimus et licenciam
 damus, pro nobis, heredibus et successoribus nostris, quantum in
 nobis est, prefatis Waltero Aldersey, Ricardo Poole et Ricardo
 Massye et aliis mercatoribus periclitantibus vocatis merchaunte
 venterers dicte Ciuitatis nostre Cestrie et successoribus suis, quod
 decetero habeant vnum magistrum artis siue mistere de merchaunt
 venterers Ciuitatis predicte. Et ipsum Willielmum Aldersey pri-
 mum et modernum magistrum artis siue mistere predicte facimus,
 ordinamus et constituimus per presentes. Et quod habeant duos
 custodes artis siue mistere predicte. Et ipsos Ricardum Poole
 et Ricardum Massie primos et modernos custodes artis siue mis-
 tere predicte facimus, ordinamus et constituimus per presentes ;
 ac dictum Willielmum Aldersey magistrum artis siue mistere pre-
 dicte, ac prefatos Ricardum et Ricardum custodes artis siue mis-
 tere predicte nominamus, assignamus, decernimus et declaramus
 per presentes. Et quod tam predicti Willielmus, Ricardus et
 Ricardus quam alii liberi homines dicte Ciuitatis qui non sunt
 alicuius artis manualis, qui artem siue misteram de merchaunt
 venterers vsi fuerunt per spacium septem annorum proximo ante
 datam presencium preteritorum, et illi qui imposterum de tempore
 in tempus erunt de Ciuitate predicta liberi homines et non artem
 manualement exercent, et qui admissi erunt per magistrum et gar-
 dianos dicte artis mercatorum venterers pro tempore existentes
 ad vtendum misteram de merchaunte venterers predictam, dece-
 tero sint in facto, re et nomine vnum corpus et vna communitas
 corporata imperpetuum per nomen magistri, custodum et commu-
 nitatis de merchaunt venterers Ciuitatis Cestrie.'

They are also granted power yearly to elect a master and two

CHESTER. wardens to govern the said mystery; they are to have perpetual succession and a common seal; to hold lands, tenements, etc.; to plead in courts of law. The newly appointed master and wardens are to take their oath of office before the mayor and aldermen of the city. But hereafter the master and wardens are to take the oath before those whom they are superseding in office. The Society can make laws and ordinances for its government, and can provide for their due execution without the interference of royal officers or ministers, provided that they are in accordance with the royal prerogative and the laws of the realm, and not prejudicial to the mayor of Chester. No craftsman or other person of the city is to resort to merchandise in foreign parts, unless admitted to the Society, excepting those who have been apprenticed to the said mystery or have used it seven years, under penalty of forfeiting to the society £20 for each offence. This grant is not to prejudice the rights of the crown, the laws of the land, the privileges of the mayor or of any other corporations, nor to interfere with the franchises of the governor, assistants and Society of Merchant Adventurers frequenting Spain, Holland, Zeeland, Brabant and Flanders.—(*Record Office, Patent Roll* 1 Mary, pars 12, mem. 12.)

A.D. 1554.

The same charter was again granted to the Merchant Adventurers of Chester in the year 1 Elizabeth. An ancient transcript of Elizabeth's grant in the British Museum (MS. Harley 2054, ff. 46-47) is headed 'The Marchaunts Chartre,' and contains, among other marginal notes, the words 'mersers to be free.'

A.D. 1559.

This is followed, in the Harleian MS. (ff. 47-49) by a charter **A.D. 1584.** of 26 Elizabeth to 'ye mere marchantes, ffree Citizens inhabytyng within our Citie of Chestre, vsyng onely ye feate of merchandizes by ventrynge by Sea, and sale in grosse and not by retaylynge, and now beinge members of ye bodye Corporate of ye President, Assistants and fellowship of marchantes of Spayne and Portyn-gale,' allowing them to export calf-skins from Chester¹.

¹ For other grants to this Company of Merchant Adventurers of Spain and Portugal, see MS. Harley 2104, ff. 327-335; cf. also ff. 299, 304.

CIRENCESTER.

CIRENCESTER.

‘Henricus [IV] dei gracia Rex Anglie et ffrancie et dominus Hibernie Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Prepositis, Ministris, Balliuis et fidelibus suis, salutem. Sciatis quod nos debita consideracione pensantes sinceram affectionem quam dilecti ligei nostri homines ville de Cirencestria erga personam nostram, postquam regni gubernacula suscepimus, multipliciter ostenderunt, et volentes premissorum intuitu prefatos ligeos nostros fauore prosequi gracioso, de gracia nostra speciali concessimus pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, eisdem hominibus libertates et priuilegia subscripta, videlicet:— quod ipsi, heredes et successores sui habeant imperpetuum infra villam predictam vnam gildam mercatoriam cum omnibus et singulis libertatibus, priuilegiis et consuetudinibus ad gildam mercatoriam pertinentibus; et quod iidem homines et heredes et successores sui predicti singulis annis in Crastino Epiphanie domini in certo loco infra villam predictam per eos limitando conuenire, et ibidem de eorum consensu et assensu vnum Magistrum ac tot et tales alios gubernatores, officarios et ministros gilde predicte quot et quales eis pro meliori gubernacione gilde predicte videbitur faciendos, nominare, facere et ordinare possint imperpetuum. Ac eciam quod ipsi ac eorum heredes et successores gilde predicte liberi sint et quieti de omnibus sectis shirarum, hundredorum et wapentachorum, ac de murdro et latrocinio, et de auxiliis Vicecomitum, fforestariorum et aliorum Balliuorum nostrorum quorumcumque, et de omnibus aliis rebus eis pertinentibus, necnon de custodiis et operacionibus castrorum, et de theoloneo, pontagio, passagio, pauagio, lestagio, kaiagio, stallagio, muragio, fossagio, picagio, cariagio, pesagio et chiminagio, de omnibus bonis, rebus et mercandisis suis quibuscumque infra regnum nostrum Anglie et alibi per totam potestatem nostram tam per terram quam per mare, vbi libertates eis dare possimus, prestandis imperpetuum. Concessimus insuper

Carta liber-
tatum facta
hominibus
ville de
Cirencestria.

CIRENCESTER. eisdem hominibus quod Magister, siue Gubernator, gilde predicte et vnus clericus per eos ad hoc deputandus habeant plenam potestatem et auctoritatem ad recipiendum in Gildam predictam quascumque recogniciones debitorum quorumcumque coram eis, iuxta formam statuti apud Acton' Burnell' in huiusmodi casu editi faciendas; et quod predictus Magister, siue Gubernator, et clericus de nominibus huiusmodi recognitorum post terminos solucionum in huiusmodi recognicionibus coram eis faciendis contentos in Cancellaria nostra et heredum nostrorum, sub sigillo ad hoc ordinandum, certificare possint imperpetuum. Et in super quod predictus Magister, siue Gubernator, Gilde predicte pro tempore existens, tam in presencia nostra et heredum nostrorum quam in absentia nostra et heredum nostrorum, infra gildam predictam habeat assaiam et assisam panis, vini et ceruisie et aliorum victualium quorumcumque necnon mensurarum et ponderum et omnium aliarum rerum ad officium clerici mercati hospicii nostri et heredum nostrorum pertinencium siue spectancium, et transgressores in hac parte habitos necnon eorum defectus, tam in presencia nostra et heredum nostrorum quam in absentia nostra et heredum nostrorum, corrigere et punire, ac amerciamenta et alia proficua inde proueniencia pro meliori gubernacione Gilde predicte ac in supportacionem custuum et aliorum onerium hominibus Gilde predicte et eorum heredibus et successoribus incumbencium ad opus suum leuare, colligere, habere et tenere possit imperpetuum; Saluo iure cuiuslibet, vt est iustum. Quare volumus . . . Data per manum nostram apud Westmonasterium quarto decimo Julii anno regni nostro quarto.'—(*Bristol Council-House, Little Red Book, fol. 177.*)

A.D. 1403.

COVENTRY ¹.

'Rex dilecto et fideli suo Magistro Thome de Wymundham, Thesaurario suo, salutem. Quum nuper quasdam consuetudines, quietancias et libertates a progenitoribus nostris Regibus Anglie

¹ The grant to the burgesses of Coventry, mentioned above on p. 48, is distinct from that to the Prior and Convent,—Merew. and Stephens, 469.

Supplementary Proofs and Illustrations. 365

et aliis Priori et Conuentui ecclesie Couentrie per cartas suas, *COVENTRY.*
quas inspeximus [et] concessimus, concessas confirmauerimus
eisdem, et eciam quasdam libertates de nouo sibi concesserimus,
inter quas concessimus eis quod ipsi de hominibus suis ville
predicte de Couentria Coronatores habeant infra villam ipsam,
qui de omnibus que ad officium coronatoris pertinent coram
iusticiis nostris itinerantibus in Comitatu predicto illo respondeant,
et quod homines ipsorum Prioris et Conuentus habeant in
eadem villa gildam mercatoriam cum omnibus libertatibus et
liberis consuetudinibus ad dictam gildam pertinentibus; ac quidam
de villa predicta, ut audiuimus, ipsos Priorem et Conuentum,
ad eorum dâmpnum, impedierint quominus Coronatores
sui dicte ville visum cuiusdam hominis interfecti, aut homines
sui eiusdem ville gildam predictam habere potuerint, iuxta
concessionem nostram predictam; per quod ad querimonium dic-
torum Prioris et Conuentus Vicecomiti nostro Warr' precepimus
quod ad villam predictam accederet ad dictas libertates pupli-
candas et conseruandas; quidam de villa predicta, ut audiuimus,
vi armata vna cum aliis de partibus illis Gilbertum clericum dicti
Vicecomitis ad hoc ibi transmissum ceperunt, imprisonauerunt,
et breuia nostra et rotulos nostros fregerunt et conculauerunt, et
homines dictorum Prioris et Conuentus verbauerunt et male-
tractauerunt in contemptum nostri et contra pacem nostram.
Et quia super premissis plenius volumus certiorari et iusticiam
fieri, assignamus vos ad inquirendum, etc. qui dictas transgres-
siones fecerint, et qualiter, et qua ratione. Et ideo vobis man-
damus, etc. Et inquisitionem, etc. In cuius, etc. Et manda-
tum est Vicecomiti Warr' quod tot, etc. Et quod attachiet, ita
quod habeat corpus, etc.'—(*Record Office, Patent Roll* 52 Hen. III, **A. D. 1268.**
mem. 25, dorse.)

DORCHESTER.

Subjoined are some of the most important clauses of the
grant of 5 Charles I, an English abstract of which is given above **A. D. 1629.**
on pages 56-57:—

'Et ulterius volumus et concedimus pro nobis, heredibus et

DORCHESTER. successoribus nostris Maiori, Balliuis, Aldermannis et Burgensibus Burgi predicti et Successoribus suis imperpetuum quod nullus mercator, artifex, agricola, laborarius, laborator aut aliqui usitantes siue exercentes aliquam artem, occupationem siue misterium, vel alius quicumque qui non sit aut fuerit liber Burgensis vel liber inhabitans Burgi predicti, aliquem artem, occupationem siue misterium infra Burgum predictum, libertates, precinctum, bundas, muros et fossata eiusdem exerceat, nec in aliqua arte, occupatione siue misterio infra Burgum predictum vel precinctum, bundas, muros et fossata eiusdem operet vel laboret, nec aliquam domum, shopam, locum siue stacionem habeat vel utatur in Burgo predicto aut precinctu eiusdem pro vendicione aut vtteracione aliquorum mercimoniorum siue mercandisarum ibidem, seu pro execucione alicuius artis, occupationis siue misterii in Burgo predicto, nisi tantummodo tempore feriarum et nundinarum infra Burgum predictum. . . . [Various powers are granted to the Mayor, two Bailiffs, six Aldermen and six Burgesses, who constituted the fifteen Capital Burgesses and were entrusted with the general government of the town.]

Sciatis vlterius quod nos pro meliori augmentacione, ordinatione et direccione Comercii infra Burgum predictum, de ampliori gracia nostra speciali et ex certa sciencia et mero motu nostris volumus, ordinauimus, constituimus et concessimus, ac per presentes pro nobis, heredibus et successoribus nostris volumus, ordinamus, constituimus et concedimus quod omnes et singuli homines et inhabitantes Burgi predicti decetero imperpetuum sint et erunt vnum corpus incorporatum et politicum in re, facto et nomine, per nomen Gubernatoris, assistencium et liberorum hominum Burgi de Dorchester in Comitatu Dorset' predicto. . . . [They are to have perpetual succession, to hold lands and chattels, plead and be impleaded, and to have a common seal.]

Et vlterius volumus ac per presentes pro nobis, heredibus et successoribus nostris concedimus et ordinamus quod decetero imperpetuum sit et erit infra Burgum predictum vnus discretus vir de liberis hominibus Burgi predicti pro tempore existentibus,

in forma inferius in presentibus mencionata eligendus, qui sit, DORCHESTER.
 erit et vocabitur Gubernator liberorum hominum Burgi predicti ;
 quodque similiter sint et erunt infra Burgum predictum viginti
 quatuor de melioribus et discretioribus liberis hominibus vel
 liberis inhabitantibus Burgi predicti, in forma eciam inferius in
 presentibus mencionata eligendi, qui sint, erunt et vocabuntur
 commune Concilium liberorum hominum Burgi predicti, et erunt
 de tempore in tempus assistentes et auxiliantes dicto Gubernatori
 pro tempore existenti in omnibus rebus, causis et materiis mercaturam
 siue commercium¹ infra Burgum predictum aut alias res
 dicti Gubernatoris et assistencium quoquomodo tangentes siue
 concernentes. Et vltcrius volumus ac per presentes pro nobis,
 heredibus et successoribus nostris ordinamus, necnon de vberiori
 gracia nostra speciali ac ex certa sciencia et mero motu nostris
 concedimus prefatis Gubernatori, assistentibus et liberis homini-
 bus Burgi predicti et Successoribus suis quod bene liceat et
 licebit prefatis Gubernatori pro tempore existenti ac quatuor
 assistentibus per liberos homines Burgi predicti vel maiorem²
 partem eorum de tempore in tempus de predicto numero viginti
 quatuor nominandis et eligendis, ac quinque aliis assistentibus
 per Maiorem Burgi de Capitalibus Burgensibus Burgi predicti
 pro tempore existentibus nominandis et eligendis, tenere quatuor
 Curias siue Convocaciones de eisdem Gubernatore et assisten-
 tibus vel maiori parte eorum, quorum Gubernatorem vnum esse
 volumus, quolibet anno decetero imperpetuum, ac in eisdem
 Curiis admittere in libertatem Burgi predicti quoscumque viros
 ad libitum et beneplacitum ipsorum Gubernatoris et assistencium
 vel maioris partis eorum pro tempore existencium, ac ibidem
 eciam tractare, referre, consultare, consulere et discernere de aliis
 rebus et negotiis suis specialibus quibuscumque predictos liberos
 homines vel liberos inhabitantes tangentibus siue concernenti-
 bus ; necnon quatuor alias Curias siue Convocaciones quolibet
 anno imperpetuum, ac in eisdem Curiis consulere et consultare
 de omnibus rebus et materiis mercaturam et mercimonium infra
 Burgum predictum concernentibus. Et quod dicti Gubernator

¹ MS. 'comerciam.'

² MS. 'maiori.'

DORCHESTER. et assistentes pro tempore existentes vel maior pars eorum, quorum Gubernatorem pro tempore existentem semper vnum esse volumus, in Curia siue Convocatione predicta siue earum aliqua habeant et habebunt plenam potestatem et authoritatem condendi, constituendi, ordinandi, faciendi, stabiliendi huiusmodi leges, instituciones, iura, ordinationes et constituciones quecunque in scriptis rationabilibus que ipsi aut maiori parti eorum, vt prefertur, bona, salubria, honesta et vtilia videbuntur pro bono regimine, ordinatione et gubernacione mercimonium et mercaturam infra Burgum predictum, libertates et precinctum eiusdem, ac omnes societates artium, misteriorum et occupationum, ac omnes mercatores, artifices et mercaturam aut aliquem artem, misterium, occupationem ibidem vtendam vel exercendam, aut imposterum vtendam vel exercendam, ac res et causas alias quascunque dictos Gubernatorem, assistentes et liberos homines Burgi predicti tangentes aut concernentes . . . [They may levy fines for all contraventions of such laws and ordinances] ita quod in omnibus Curiis predictis et in omnibus premissis exequendis tot de Capitalibus Burgensibus Burgi predicti semper presentes sint vel fuerint quot presentes erint de predictis Gubernatore et aliis assistentibus per liberos homines sic vt prefertur eligendis.

Et vltcrius pro nobis, heredibus et successoribus nostris damus et concedimus prefatis Gubernatori et assistentibus pro tempore existentibus vel maiori parti eorum, quorum Gubernatorem vnum esse volumus, plenam potestatem et authoritatem dandi et administrandi sacramentum Corporale super sancta dei Evangelia in Curiis predictis omnibus et singulis personis in libertatem Burgi predicti admittendis, prout consimilibus casibus vsitatum est aut fieri debet ; necnon examinandi quascunque personas super sacramenta sua corporalia de omnibus abusibus, falsitatibus et aliis rebus et materiis per quoscunque committendis siue perpetrands mercaturam siue mercimonium infra Burgum predictum quoquo modo tangentibus siue concernentibus ; Ita quod equalis numerus dictorum assistencium per Maiorem nominandorum cum numero dictorum Gubernatoris et assistencium per liberos homines nomi-

Supplementary Proofs and Illustrations. 369

nandorum semper sit presentes. Volumus eciam ac per presentes *DORCHESTER.*
pro nobis, heredibus et successoribus nostris preficimus et mandamus quod omnes et singuli liberi homines Burgi predicti pro tempore existentes, Justiciariis pacis ibidem tantummodo exceptis, ad Curias predictas presentes et attendentes sint de tempore in tempus imperpetuum. Et si comparere recusauerint vel neglexerint, vel aliquam malegesturam vel insolenciam contra dictos Gubernatorem et assistentes committent, quod tunc dicti Gubernator et assistentes vel maior pars eorum, quorum Gubernatorem vnum esse volumus, ac sic et equaliter per presentes fines et amerciamenta in et super huiusmodi personas comparere negligentes vel recusantes aut malegesturam aut insolenciam committentes imponere et assidere possint, ac eadem fines et amerciamenta levare modo et forma predictis, ac eadem habere possint ad vsum dictorum Gubernatoris et assistencium, liberorum hominum Burgi predicti et successorum suorum. Et si dubitationes, quesciones, differencie siue contenciones alicue in aut circa execucionem premissorum aut eorum alicuius inter dictos Gubernatorem et assistentes aliquo tempore imposterum oriri seu moueri contigerint, quod tunc et tocies quociens Casus sic acciderit, omnes huiusmodi dubitationes, quesciones, differencie et contenciones per Maiorem, Balliuos et Capitales Burgenses Burgi predicti vel maiorem partem eorum, quorum Maiorem vel eiusdem Maioris vltimum Predecessorem vnum esse volumus, adiudicabuntur et finaliter determinabuntur, aliquo in presentibus contento in contrarium non obstante.'

John Long is appointed the first Governor. The freemen are to assemble yearly to elect from their Common Council a Governor, who is to take his oath of office before the Mayor. The first twenty-four of the Common Council are named, being appointed for life. They may be removed from office for proper cause by the Mayor, Bailiffs and Capital Burgesses. The latter are to fill vacancies in cases of death or removal from office. The Governor and his assistants are to appoint a Clerk, a Receiver ('Receptorem'), one or two Beadles and other necessary minor officers. The Mayor, Bailiffs, Aldermen and Burgesses are to have all franchises

DORCHESTER. granted by any of the king's predecessors.—(*Record Office, Patent Roll 5 Car. I, pars 14, No. 1.*)

DUBLIN.

Sub initio
regni Johannis.

'Johannes dei gratia Rex Anglie, Dominus Hibernie, Dux Normannie, Acquietanie, Comes Andegavie, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Prepositis, Ministris, et omnibus Ballivis et Fidelibus suis, salutem. Sciatis nos concessisse et hac nostra carta confirmasse Civibus nostris de Dublin' tam extra muros quam infra muros manentibus quod nullus extraneus mercator emat infra Civitatem de homine extraneo, blada vel corea vel lanam nisi de Civibus. Et quod nullus extraneus vendat pannos in Civitate ad descicionem. Et quod nullus extraneus mercator moretur in Civitate cum mercibus suis pro mercibus vendendis, nisi per quadraginta dies. Et quod habeant omnes rationabiles gildas suas, sicut burgenses de Bristolia habent vel melius habere consueverunt.'—(*Chartae, etc., Hiberniae, p. 11.*)

DUNHEVED *alias* LAUNCESTON.

'Concessimus eciam ipsis et heredibus suis, pro nobis et heredibus nostris, vt habeant et teneant vnam placeam in eodem burgo ad quandam aulam Gilla toriam¹ exigendam, tenendam de nobis et heredibus nostris, vbi decencius et honorabilius prouiderint, per vnam libram piperis annuatim reddendam in festo sancti Michaelis pro omni seruicio, querela et exaccione. Concessimus eciam ipsis et heredibus suis, pro nobis et heredibus nostris, quando aliquis balliuorum nostrorum prisam fecerit de ceruisia in Castellum, quod non tenetur habere nisi primam bikam de vno obolo, minus quam alibi vendita fuerit secundum quod assisa facta fuerit per Burgenses.'

The above is an extract from the charter of Richard, Earl of Cornwall (temp. Henry III), to the burgesses of Dunheved²,

¹ 'Gilde mercatorie.'

² A translation of the charter of Earl Richard is printed in Peter's Launceston and Dunheved, 72-74.

Supplementary Proofs and Illustrations. 371

which was confirmed by Richard II, Henry IV and Henry V.—*DUNHEVED.*
(*Record Office, Patent Roll 2 Henry V, pars 3, mem. 28.*)

EXETER.

The Merchant Adventurers of Exeter received another royal **A.D. 1560.** grant dated June 17th, 2 Elizabeth. It contains most of the provisions of the patent of 1 Elizabeth (above pp. 87-89). It incorporates them by the name of the 'Governor, Consulls and Societe of Marchantes Adventurers of the Citie of Excester tra-fiquing the realme of ffrance and dominions of the ffrenche kinge.' No one is to ship merchandise to France or import any wares from the latter, except members of the Company. A handicraftsman must abandon his occupation or mystery on being admitted into the Society.—(*Cotton, An Elizabethan Guild, 1-10.*)¹

On July 1st, 1560, twenty-seven assistants are mentioned; and later we also meet with a Beadle, a Clerk and a Treasurer.—(*Ibid., 12, 16.*)

Subjoined is 'The Othe to be mynstered to every one which is and shall be made free of the Companye of the Marchantes Adventures of the Citie of Exester':—

'Youe shall swere youe shalbe good and trewe to our Sovereigne Ladye the Quenes Highnes, Ladye Elizabeth by the Grace of God Quene of England, France and Irlande, defender of the faithe, &c., and to her heires and successors Kinges and Quenes of Englande. You shalbe obedient to the Maior of this Citie of Exon and to the Governor and Consultes of this Companye of the Marchauntes Adventurers. You shall mainteine as mucche as in youe shall lye all the liberties of the same, being not preiudiciall nor hurtfull to the liberties of the Citie. Youe shall come to the election of every new Governor and Consulte. Youe shalbe contributorie to all maner of charges, after your liabilitie, as youe shalbe taxed with all by the Governor, Consultes and Assistaunte Councle of

¹ According to Izacke's *Antiquities of Exeter*, 3rd edit., p. 65, the Merchant Adventurers also received a charter in 4 Mary, 1556. See also Freeman, *Exeter, 170-173*; Cotton, *Guilds of Exeter*, *Devon. Assoc., Trans., v. 120.*

EXETER. this Companye. You shall not coulour any foreyne goodes whereby the Quenes highnes may at any tyme lose any parte of her custome, or which maye be preiudiciall to the custome of the Citie. Yf youe shall knowe any maner of parson or parsones being not free of this Companye to transporte any marchandize growen or made out of this realme of England or domynions of the same, contrarye to the graunte made by the Quenes highnes to the Marchantes Adventurers of this Citie of Exon, you shall furthwithe geve knowledge and warnyng thereof to the Governor and Consultes of this Companye for the tyme being, or to one of them at the leaste. Yf you shall knowe any unlawfull assembles, conventicles or conspiracies made ageyne the Quene's peace, youe shall geve knowledge of the same to Mr. Maior of this Citie or the Governor and Consultes of the Companye for the tyme being. Yf any variance or controversie shall at any tyme happen to ryse betwene any youre brethren of this Companye, youe shall put your helping hand for the pacifienge and asswaging of the same. Youe shall sharplie rebuke and reprove, bothe within this realme and also in the parties beyonde the seas, all mens sarvantes or factors of this Companye, yf at any tyme it shalbe your chauce to see or knowe them negligentlie, ryottoslie or dysceyfullie to handle their maisters busynes and goodes. That with all spede convenient youe open and reveale suche their mysbehavior and evel lyving and dealing to their masters, and not to conceale the same in any wyse. Youe shall not dysclose the secret talke communed by the Governor and Consultes or any of them to be kept secret, which may be hurtfull to the said Companye. You shall observe, kepe and obeye all suche goode actes and ordynances as be, or hereafter shalbe, made and devised by the Governor, Consultes and Assistante Counsell of this Companye, for the good government and preservacion of the same Companye, in all pointes and articles as moche as in youe shall or may lye. All and singuler these articles, youe shall well and trulie observe and kepe as a freeman of this Companye, as longe as you shall contynue a freeman of the same. So helpe youe God, etc.—(*Cotton*, 21-22.)

The Company levied an imposition called 'Average money,' *id.*

on every tun of wine and every fardell of cloth, imported or ex-EXETER.
ported.—(*Ibid.*, 28.)

‘In 1577 overtures were made by the London Company “trading [to] Spain and Portingall,” to establish a similar Guild in Exeter. This appears to have been done, and a charter granted, the members being taken chiefly from the old Company of Merchant Adventurers.—(*Ibid.*, 78.)

GLoucester.

‘Johannes Dei gratia, etc. Sciatis nos concessisse et hac carta nostra confirmasse burgensibus nostris Gloc’ totum burgum Gloc’ cum pertinentiis, tenendum de nobis et heredibus nostris in perpetuum ad firmam, reddendo per annum quinquaginta et quinque libras esterlingorum, sicut eas solebant reddere, et decem libras numero de incremento firme ad scaccarium nostrum in termino Pasche et in termino Sancti Michaelis. Concessimus etiam burgensibus nostris Gloc’ de gilda mercatorum quod nullus eorum placitet extra muros burgi Gloc’ de ullo placito preter placita de tenuris exterioribus, exceptis monetariis et ministris nostris. Concessimus etiam eis quod nullus eorum faciat duellum, et quod de placitis ad coronam nostram pertinentibus se possint disrationare secundum antiquam consuetudinem burgi. Hoc etiam eis concessimus quod omnes burgenses Gloc’ de gilda mercatorum sint quieti de theloneo et lestagio et pontagio et stallagio in feria et extra et per portus maris omnium terrarum nostrarum citra mare et ultra mare, salvis in omnibus libertatibus civitatis London’; et quod nullus de misericordia pecunie judicetur, nisi secundum antiquam legem burgi quam habuerunt tempore antecessorum nostrorum; et quod terras suas et tenuras et vadimonia et debita omnia juste habeant, quicumque eis debeat. Et de terris suis et tenuris que infra burgum sunt, rectum eis teneatur secundum consuetudinem burgi. Et de omnibus debitis suis que accommodata fuerint apud Glouc’ et vadimoniis ibidem factis placita apud Glouc’ teneantur. Et si quis in tota terra nostra theloneum vel consuetudinem ab hominibus Glouc’ de gilda mercatorum ceperit,

GLOUCESTER. postquam ipse a recto defecerit, vicecomes Glouc' vel prepositus Glouc' namium inde apud Glouc' capiat, salvis in omnibus libertatibus civitatis London'. Insuper etiam ad emendandum burgum eis concessimus quod omnes sint quieti de gýeresgýve et de scotale, si vicecomes noster vel aliquis alius ballivus scotale faciat Volumus etiam et concedimus quod iidem burgenses nostri Gloc' per commune consilium burgi eligant duos de legalioribus et discretioribus burgensibus Gloc' et presentent illos capitali justicie nostre apud Westmonasterium, qui duo vel alter eorum bene et fideliter custodiant preposituram burgi; et non amoveantur, quamdiu se in balliva sua bene gesserint, nisi per commune consilium burgi. Volumus etiam quod in eodem burgo Gloc' per commune consilium burgensium eligantur iiii. de legalioribus et discretioribus burgi ad custodiendum placita corone et alia que ad nos et nostram coronam pertinent in eodem burgo, et ad videndum quod prepositi vel prepositus illius burgi juste et legitime tractent tam pauperes quam divites. Hiis testibus . . . xxi. die Aprilis anno regni nostri primo.'—(*Rotuli Chartarum*, 56.)

A.D. 1200.

The above was confirmed by a royal grant of 11 Henry III, with this addition:—'Concedimus eciam eisdem quod si aliquis natiuus alicuius in predicto burgo manserit, et eciam in eo se tenuerit, et fuerit in gilda mercatoria et hansa et loth et scot cum eisdem burgensibus nostris per vnum annum et vnum diem sine calumpnia, deinceps non possit repeti a domino suo, set in eodem burgo liber permaneat.'—(*Madox, Firma Burgi*, 133.)

A.D. 1227.

The grants of John and Henry III were confirmed by a charter of 2 Edward III, which also contains this clause:—'quod ipsi et eorum heredes et successores predicti imperpetuum sint quieti de muragio, kaiagio, pauagio, passagio, gildagio et gilda mercatorum et omnibus aliis huiusmodi consuetudinibus per totum regnum nostrum et potestatem nostram.'—(*Record Office, Charter Roll 2 Edw. III*, mem. 3.)

A.D. 1328.

There used to be an ancient seal at Gloucester having, in the middle, a castle, with a turret on each side, and round it is this inscription, SIGILLUM BURGENSIVM DE GILDA MERCATORUM GLOUC.—(*Fosbroke, Hist. of Glouc.*, 204.)

GUILDFORD.

GUILDFORD.

‘Rex, etc. salutem . . . [the town granted to the burgesses in fee-farm]. Concessimus etiam pro nobis et heredibus nostris de gratia nostra speciali prefatis hominibus et tenentibus quod ipsi et heredes et successores sui habeant gildam mercatoriam juxta antiquas consuetudines, et prout cives civitatis Wintoniæ et aliarum Civitatum et Burgorum [habent]. Eisque hominibus et tenentibus nostris et eorum heredibus et successoribus omnes antiquas libertates et consuetudines suas concedimus et confirmamus. Et quod Senescallus et ballivus dicte ville, qui pro tempore fuerint, homines residentes in eadem villa ad sacramentum ponere possint quotiens pro jure nostro conservando et pro justitia singulis hominibus coram eis conquerentibus expedierit et necesse fuerit faciendum. Quare volumus . . . Data per manum nostram apud Westmonasterium primo die Octobris.’—(*Addit. MS., Mus. Brit., 6167, fol. 188.*)

40 Edward III.
A.D. 1366.

The above was confirmed by Richard II, Henry VII, Henry VIII, Edward VI and Elizabeth.—(*Record Office, Confirmation Roll 19-23 Eliz., mem. 15.*)

The following is an extract from *Addit. MS., Mus. Brit. 6167, fol. 195*, which was accidentally omitted above on page 98, immediately preceding the last line:—

‘Senescallus.—Walterus Wodeland. Et associantur eidem Ricardus Privet, Henricus Colas, Tanner, et Johannes Semer, ad prebendum consilium suum simul cum Custodibus Aule et Ballivo, etc.

Ballivus.—Petrus At Barr.

Custodes Aule.	{	Rogerus Lumbard, Johannes Mauroks.
Pincerne.	{	Henricus Cokeshall, Joh. Barber, Joh. Mere, Rogerus Damoks.’

HOPE.

From a long charter granted by the Black Prince to the burgesses of Hope in 25 Edward III, we extract the following:— A.D. 1351.

‘Et quod habeant Gildam Mercatoriam cum hansa et aliis con-

HOPE. suetudinibus et libertatibus ad Gildam illam pertinentibus. Ita quod nullus qui non sit de Gilda illa Mercandizam aliquam faciat in eadem villa, nisi de voluntate Burgensium predictorum. Concedimus eciam eisdem quod si aliquis natiuus alicuius in prefata villa manserit, et terram in ea tenuerit, et fuerit in prefata gilda et hansa, et loth et shot cum eisdem hominibus nostris per vnum annum et vnum diem sine calumpnia, deinceps non possit repeti a domino suo, set liber in eadem villa permaneat.—(*Record Office, Chester Recognizance Rolls, No. 34, mem. 3.*)

A.D. 1399.

Richard II granted the burgesses of Hope that they should not be impleaded in any Welsh court. 'Idem tamen Burgenses et eorum quilibet per Comburgenses suos Anglicos et non per aliquem Wallensem quouis modo convinci et acquietari possint vel possit; et vltcrius concessimus eisdem Burgensibus quod nullus Wallensis, cuiuscumque status et condicionis fuerit, aliquod mercatum siue gildam mercatoriam de mercandis seu victualibus quibuscumque prope Burgum nostrum predictum per tres leucas in circuitu sub forisfactura eorundem faciat, teneat nec exerceat, nec aliquam ceruisiam infra dictum spacium vendendam de suo proprio pandoxari faciat, sub pena quod grauiter puniatur erga nos coram Justiciario nostro Cestrie pro tempore existente.' Welshmen of the lordship of Hopedale are to go to the said town of Hope to sell victuals, and not to other neighbouring markets. No great rout ('grandis routa') to maintain any quarrel in behalf of Welshmen within the said borough or in our court therein.—(*Record Office, Patent Roll 22 Rich. II, pars 2, mem. 13.*)

IPSWICH.

The extracts from the Little Domesday Book of Ipswich given above on pages 116-124 may also be found in Addit. MS., Mus. Brit., 25011, ff. 30-33¹. Subjoined are a few more examples of the admission of 'foreign' burgesses:—

'Adhuc de Burgensibus forinsecis factis Anno regni regis predicti Johannis v^{to}., videlicet :

¹ Vellum; written in a hand of the early part of the fifteenth century.

Dominus Rogerus de Monte alto factus est Burgensis de *IPSWICH*. Gippeswico, et fideliter promisit manutenere honorem et libertates eiusdem. Et concessit dare annuatim ad firmam ville predicte, vt ipse et omnes Nativi sui de fframesden' sunt quieti de theloneo de omnibus rebus suis crescentibus et renouantibus in suis propriis terris et dominicis [et] de omnibus rebus emptis ad suos proprios vsus, *iiii.℥.* et *ii.* busselos frumenti. Juratus.

Dominus Hugo le Rus deuenit Burgensis, et dat ad hansam predicte Gilde vnum taurum et vnum quarterium frumenti, et concessit dare singulis annis ad firmam ville predicte pro se et omnibus Natiuis suis in Akenham, Hemmyngston, Henleye, Asketon et alibi [vt] sint quieti de theloneo in dicta villa modo et forma supradictis, *viii.℥.* et *iiii.* busselos frumenti. Juratus.

Dominus Willielmus de ffreney deuenit Burgensis, et dat ad hansam Gilde *ii.* Multones et duodecim Capones. Et concessit dare pro se et omnibus Natiuis suis in Beschemere et Bresete ad firmam dicte ville annuatim, *iiii.℥.* et *ii.* busselos frumenti. Juratus.

Robertus de Reymes deuenit Burgensis, et dat ad hansam Gilde *i.* quarterium brasei, et concessit dare annuatim ad firmam dicte ville pro se et Natiuis suis in Wherstede, vt sint quieti de theloneo in forma predicta, *iiii.℥.* et *ii.* busselos ordei.

